

A3

I V S 1737. 11 / 12.

MILITIS AVXILIARII APVD GENTES LIBERAS ET IN S· R· IMPERIO

PRAESIDE
CHRISTOPH· LVDOVICO CRELLIO D·

INSTITVT· IVSTINIANEARVM P· P· ORDINAR
CVRIAЕ PROVINCIALIS ET SCABINATVS
ITEMQVE ORDINIS IVRIDICI
ASSESSORE

AD D· FEBR· A· QVAM S· P· E· cI3 I3CC XXXVII

IN AUDITORIO ICTORVM

DEFENDET

IOANNES CHRISTIAN· STRENG
DELIT· MISN

VITEMBERGAE
EX OFFICINA SCHEFFLERIANA

MILITIA AVXILIARII
APUD GENITES LIBERAS
ET IN S R IMPERIO

CHRISTOLI FADOCO CHIRICO
INSTITUT AVSTRIANARVM P F ORDINAR
CHRIAE PROLINCIS ET SCVMMATAS
HOMOAE ORDINATIVIDIC
ASSERBVS

AD D. LEBER A. GAVM 2 18 100 100 XXVII

AN AVGVSTVS OCTOVR

DILECTVS

JOANNES CHRISIAN STRINE

DEFLT MIZN

ALLEGVS

EX OLEOINIA SCHREIBERIANA

ILLVSTRISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
WOLF F
HENRICO
S.R.F LIBERO BARONI
DE
BAVDISS
DYNASTAE CLIENTELAE LIEPSE
RELIQVA

POTENTISSIMI
POLONARVM REGIS
AC
PR· ELECTORIS SAXONIAE
IN SECRETIORI CONCLAVI
MINISTRO
ET
EXERCITVS DVCI SVPREMO
ORDINVM AQVILAE ALBAE POLONICAE
ET DANEBROGICI EQVITI
HEROI
VIRTUTE INCOMPARABILI
INCLYTO FELICI
DE CVIVS AVSPICIIS
SAGATAE TOGATAEQVE MILITIAE
SAXONVM
OMNES BONI
GRATVLANTVR

RES QVO^A SAVS
DEMISSIME COMMENDATRAS
VTRVMQUE TEMPVS
ET BELLORVM ET PACIS
OPTIME ADMINISTRATVR
DOMINO SVO
INDVLGENTISSIMO
HANC DISSERTATIONEM ACADEMICAM
IN OBSERVANTIAE DEVOTIQUE
ANIMI MONIMENTVM
IN OBSEQVII SANCTISSIMI PIAEQVE MENTIS
JOANNES CHI^{FIDEM} IANAS STRIENS

RES SPESQVE SVAS
DEMISSISSIME COMMENDATVRVS
CVM PERPETVAE FELICITATIS VOTO
OFFERT ET SACRAM ESSE CVPIT
TANTI NOMINIS
DOMINO SAV
INDAUGENTISSIMO
HANC DISSERTATIONEM ACADEMICAM
IN OBSERVANTIAE DEVOTIOAE
ANIMI MONIMENTA
SUBMISSISSIMVS SAMISSISSIMVSQUE
RELIGIOSISSIMVSQUE
IN OBSERVATIONE SANCTISSIMI PIAE MENTIS
CLIENS
JOANNES CHRISTIANVS STRENG



NECESSITAS' SOCIETATIS ET AVXILII.

NATURA quidem studiosius a PERICVLIS CAVERE, quam VOLVPTATEM SIMPLICEM ac nudam, et commoditates uitae, APPETERE uidemur. Quae res omnino habet rationem: quandoquidem, qui in periculis uersantur, non solum sensu calamitatis affligitur, quam fugiunt; sed fructu etiam uoluptatis et commoditatum carent, quas desiderant et quaerunt, adeoque duplex incommodum accipiunt, dum securitatem perdiderunt. Qua re efficitur, ut omnes quidem METU malorum uehementius, quam SPE commodi futuri et desiderio, afficiamur. Igitur, quamvis hominum inter se consuetudo et gratia multas omnia pariat et mirificas iucunditates; tamen non immerito dubites, utrum homines cum hominibus fidem et AMICITIAM iuncturi essent, nisi ipsa VI NECESSITATIS illorum societas contineretur. Enim uero non minus est, quod homo ab horne TIMEAT, quam quod SPERET et expendet: ut sit satius subinde, quorundam deserere consuetudi-

A 2

nem

nem, propter nocendi facultatem, quam in hominibus suspe-
Etam esse intelligimus, quam ad amicitias se adiungere, pro-
pter plenam periculi commoditatem. Sed periculorum qui-
dem METVM, et suspicionem perfidiae, qua disiunguntur
hominum animi, et societates segregantur, tandem superauit
et excusfit INDIGENTIA naturae, et desiderium SALVTIS:
Quam cum segreges et solitarii inuenire et defendere non
possent, aut singuli perire, aut comparare sibi AVXILIA, fi-
dem et amicitiam colere, in aliorum clientelam se conferre,
et homines cum hominibus SOCIETATEM salutis et pericu-
lorum coire debuerunt. Nimirum, cum natura diuiserit
atque inter singulos distribuerit copiam illarum rerum, quae
ad bene beateque uiuendum pertinerent, ut sibi quidem nemo
facile sufficeret, sed et singulitatem haberent, quo aliorum in-
opiam et calamitatem subleuare possent: denique, cum illo-
rum bonorum, quorum alter egeat, in altero plerunque sit
maxima facultas; necesse fuit, hominem homini AVXILIO
esse, et subsidio uenire, singulos de suo aliiquid promere, at-
que in commune conferre, alium cum alio connecti arque
colligari: ut, quod neuter per se quaerere et tueri posset, id
uterque viribus coniunctis assequatur. Ad quam necessita-
tem cum accederet DESIDERIVM CONIVNCTIONIS, a na-
tura nobis attributum, sensusque maxima dulcissimaeque uo-
luptatis, quam ex ipso studio amicitiae mutuaque voluntate
percipimus; ita conglutinatae et connexae sunt hominum so-
ciates, ut fere obscurum esse videatur, utrum illi, qui opem
et auxilium ab aliis impetrant, an hi, qui in necessitatibus ami-
cis subueniunt, ipso usu officiorum et amicitiae, blandius
afficiantur. Quae res ita animos hominum occupauit, atque
ita penitus in illis infedit, ut omnes aerae, omnes nationes,
omnes ordines, non solum mature circumspiciant AVXILIA et
sibi adiungant, sed etiam concurrant in necessitatibus ad opem
inter se ferendam: utque nemo tutum se existimet, nemo con-
quiescat,

quiescat, nisi habeat omnino unum, in quo spem et fiduciam ponere, quem in subsidiis collocare possit, ad quem confugere, cuius fidem aliquando inuocare. Hinc, quod PLAVTVS in AMPHITRONE ait, confidentiores sunt pueri, si ipsis aduersus matris seueritatem sit AVXILIVM in patre: hinc matres omnes filiis, quod SYRVS affirmat apud TERENTIVM (a)

In peccato ADIVTRICES, AVXILIO in paterna iniuria
Esse solent: hinc parentes suos liberi defendant, uicini in calamitatibus concurrunt ad uicinos: hinc gens gentem in periculo appellat

SPONTE ETIAM AVXILIA SUBMITTI POSSVNT

IGTVR a natura, ad iungendam SOCIETATEM, FERENDAMQUE OPEM et AVXILIA in necessitatibus amico submittenda, inuitamur. Sed INTER GBNTES quidem plerumque AVXILIA FOEDERE SOCIALI et pactione comparantur: quandoquidem generaliter illa officia, quae nec semper, neque cuilibet promiscue debentur, uix ruto exspectari possunt, nisi et necessitatatem tuam alteri ostenderis, et spem feceris, gratiam relatum iri, et fidem paetis arque stipulationibus firmaris. Sed uideamus, an non SPONTE etiam offerri POSSINT et submitti DEBEANT interdum auxilia, quamuis non perantur, aut quamuis non sint foedere promissa. Et GROTVS (b) quidem optime quartuor habet genera AVXILIORVM: Primum illorum, quibus IMPERARI POT-

A 3 EST,

(a) Terent. Heaut. V.2.39. (b) Grot. 2.25. §. 3.4.5.6.

EST, ut in necessitatibus succurrant : Alterum uero sociorum, quorum fides FOEDERE nobis est obstricta : Tertium AMICORVM, cum quibus consuetudine et gratia coniungimur : quartum denique, quod latissime pater, OMNIVM HOMINVM, quos humanae conditionis miseratio, et communis illa omnium societas, ad ferendam opem et calamitatem aliorum profligandam, euocare posse uideatur. Sed illud quidem PUFFENDORFFIO non placuisse video, qui (a) negat, posse homines liberos ab hominibus defendi, nisi SPECIALI quodam VINCULO socieratis coniungantur. Enimuero periculosum exemplo esse, ait, inter homines liberos, si quis audeat litem alienam iudicare, et quasi iudicis sibi partes sumere, cum inter alios armis contenditur de causa: liberam cuique de rebus suis statuendi relinquendam protestari esse, neque in iure suo quemquem interpellari posse, neque alienam denique iniuriam ad nos omnino pertinere, nisi foedere et pacto obstringamur

Sed mihi quidem illa PUFFENDORFFII magis a timore, quam a uirtute et cogitatione officii, profecta esse uisa sunt. Neque enim intelligo, cur PACTIONE LICEAT in alterius se amicitiam adiungere et AVXILIVM laborantibus EX FOEDERE praestare ; sed idem illud non permitti debeat, si illud a nobis non fuerit promissum. Enimuero si non licet de aliena iniuria cognoscere, in naturali libertate; ne pactis quidem effici posslet, ut ferre auxilium licet. Nemo enim potest, nisi DE RE LICITA, efficaciter pacisci. Si igitur tunc iniusta sunt auxilia, si sponte offeruntur; cur POST SOCIALE FOEDVS admittuntur : aut, si foedere promitti possunt, cur non remitti potest alteri necessitas petitionis, cur non sponte offerri illud, quod, si promissum esset, deberetur ? cur non communi consilio concurri ad calamitatem aliorum subleuandam,

(a) Puffend. Iur. Nat. et Gen. II. §. 6 V. usq; in part. (a)

dam, si res et caussa opportuna esse videatur. Nisi forte etiam incendium a uiatoribus non extingui potest, nisi ad ferendam opem aduocentur; quia posset incertum esse, an non dominus suae voluptatis et animi caussa aedes suas in cenderit, et fumum excitarit. Hac fere criminatione ARIOVISTVS aduersus CAESAREM (a) usus est, cum hic ad defendandam Aeduorum iniuriam in Galliam cum exercitu uenisset. "Negabat enim Romanis FOEDVS esse cum Aeduis, " neque in aliis bellis Aeduos a Romanis exercitu defensos. " Simulari ab illo amicitiam, dum Aedui defenderentur." Sed recte quidem CAESAR (b) non pati, respondit, consuetudinem populi Romani, ut socios optime meritos defenseret, qui amicos non modo nihil sui deperdere, sed gratia etiam dignitate, honore auctos esse uelit: Recte idem eriam alio loco, cum Suectionibus aduersus Bellouacos subueniret, ad DIGNITATEM suam pertinere iudicauit, nullam calamitatem socios optime meritos accipere, et, propter exemplum, referre, ut exercitu defenderentur; quamuis nec foedere obstringeretur, nec Suectiones et Aedui auxilia a populo Romano petiissent. Nimirum omnes omnino homines liberos, quasi ADMINISTROS quosdam DIVINAE VOLVNTATIS, hac lege natos esse nouimus, ut nihil ab ipsis intermittatur, quod ad sanciendam fidem, iniuriam propulsandam, improbos nefariosque coercendos et in officio continendos, pertinere posse videatur. Igitur, si MANIFESTA sit iniuria, non solum LICET succurrere oppreso, sed NE POSSVMVS QVI DEM quiescere sine ignominia, aut sine prodictionis quadam nota laborantem deserere, ad quem sine periculo et incommodo defendendum copiae et facultates suppeterabant. Optime enim TULLIUS (c) qui non defendit, inquit, nec oblitus, si

(a) Caef. B. G. l. c. 44. (b) Caef. B. G. l. c. 43. §. 8. etc. 45. §. 1.

(c) Cic. de Offic. l. 7. uid. Diod. Sic. l. 77

poteſt, iniuria, tam eſt in uitio, quam ſi parentes, aut patriam, aut ſocios deſeruiſſet: Idem etiam alio loco (a) gratias egit Deiotaro, qui ad iſum in prouincia legatos miſerat, ſe cum omnibus ſuis copiis in caſtra eius uenturum eſſe. In epta etiam Ariouisti excuſatio, qua aduentum ſuum in Galliam purgabat: (b) Rhenum ſe non transiſſe ſua SPONTE, ſed rogatum atque ACCITVM a Gallis, quaſi non SPONTE liceret auxilium oſtendere afflictis. Illud unum cauendum eſt, ne quid TEMERE, et inconsuſto, et cauſa nondum cognita, non maniſta iniuria, uſcipiatur.

Sed ja CIVILIVS ſocietatiſ ad diſtriictior eſt facultas AVXILII ferendi: Eſſet enim periculum, ne per illam occaſionem reſpublica concuſationibus improborum, et tumultibus perturbaretur: et coſmodius per IUDICEM reſ illa poterit admiſtrari, in quo omnes COMMUNE AVXILIVM habebunt. In NECESSITATIBVS tamen REPENTINIS, tantum abeſt, ut ſcelere contaminentur, qui ad ferendam opem conuenirent; ut uel inuiti aliquando concurrere, atque ad iniuriam prohibendam vires et ſtudia confeſſe teneantur. MARCIANVS enim l.6. D. ad L. Pompei de Parricid. etiam extraneos, qui cognouiffent, marrem parricidium moliri, puniendoſ eſſe, ait, quaſi parricidas, cum indicare, et prohibere potuerint. Idem et MODESTINO atque ARIO MENANDRO in militibus placuit, ut, qui praepoſitum, cum poſſent, non protexerint, illum occidiſſe uideantur, l.3. §. 22. et l.6. §. 8. D. de R. mil. Cum contra, qui ciuem aut ſocium ſeruaffer, quantum iniuſſi, corona ciuica donandus eſſe uideretur. (c) Illuſtre eſt exemplum eiusmodi auxillii apud Caefarem (d) T. Pulfionis et L. Vareni, qui cum per multos annos ſummis ſimultatibus contendiffent, tamen in certamine et PERICULO alter alteri INIMICVS AVXILIO ſalutique fuerunt, ut diiudicari non poſſet,

(a) Cic. Ep. ad Fam. XV. 4. §. 9. (b) Caef. B. Gall. I. 44
 (c) Plin. Hift. Nat. 16. 4. (d) Caef. de Belle Gall. V. 44

posset, uter utri uirtute anteferendus uideretur. Imo vero Germanorum etiam militaribus legibus subinde milites, etiam extra praelium, succurrere in rixa et periculo commilitoni, ipsumque cum aduersario reducere in gratiam iubentur. Reuterbest. d.A. 1570. art. 74. Item: Da einer oder mehr mit dem andern uneinig worden, und mit der Thath an einander wachsen, so soll ein jeder der solchen Unwillen siehet, oder erfahret, und dabey ist, Fried nehmen, und darauf die vertragene Partheyen denselbigen Frieden stracks unverwiedert zu halten schuldig seyn, so lang die Feldbestallung wehret.

III

AVXILIARES MILITES

IN ROMANORVM EXERCITV
OLIM A SOCIIS SEIVNGEBANTVR
ILLI ET PERICVLOSI REIPUBLICAE
ET UTILES FVERVNT

SPONTE igitur subinde ostendi potest AVXILIVM amico uel inimico laboranti; sed PRECIVS plerumque impe tratur: in periculis maxime, in quibus res per vim ad ministratur. Itaque inter GENTES LIBERAS in primis frequentissimi de auxiliis tractatus: cum iusta illis sint arma, qui nullam spem, nisi in armis, habent. ROMANI quidem certe, qui non minorem bello, quam pacis artibus, gloriam adquisuerunt, nihil facile sine AVXILIS tentabant. VE GETIVS enim (a) EXERCITVM ROMANVM tam LEGIONVM, quam etiam AVXILIORVM, nec non EQUITVM, ad gerendum bellum collectam multicudinem, appellat:

B

(a) Veget. III. I.

ut solae ciuiles copiae nomen IVSTI EXERCITVS non habuisse videantur, nisi AVXILIIS adiunctis. Illud Latini aliquando apud LIVIVM (a) Romanis obiecerunt. SOCIALES, inquit, EXERCITVS est is, quo adiuncto Duplicatis vires uestras, quem fecernere a se nolunt consules, bellis propriis ponendis sumendisque. Sed VARRO quidem (b) AVXILIVM ab AVCTV appellari, ait, cum acceſſerint, qui ADIVMENTO effent, ALIENIGENAE. Idem etiam FESTO (c) uidetur, qui AVXILIARES, inquit, dicuntur, in bello SOCII Romanorum EXTERARVM NATIONVM, dicti ex Graeco uocabulo ἀνέγητος, quod nos, RERVM CRESCENTIVM AVCTIONEM, appellamus. Idem M. TULLIVS (d) in prouincia, ut IVSTVM exercitum haberet, se ex SCIO, ait, Euocatorum firmam manum, et equitatum satis idoneum, et populorum liberorum regumque SOCIORVM AVXILIA voluntaria comparauiſſe. Igitur tides, et SOCIALEM EXERCITVM, et EXTERNA AVXILIA Romanis copiis adiuncta esse, cum in bellum proficiscerentur. Olim quidem certe LATINOS in primis, et ITALIAE gentes, SOCIALEM coetum, socialia agmina, non AVXILIA, appellarunt. Sed AVXILIA ab EXTERIS accipiebantur et postremo loco habebantur. Aperte PLINIUS, (e) militi, qui militem AVXILARIUM, imo Regem etiam auxiliariorum, in praefio seruauit, CORONAM CIVICAM non dari, ait; quamvis POLYBIUS (f) milites obs. o CIVIM seruatum τόντων τάστινας πολεμῶν οὐ συμμάχουν coronari affirmet. De qua re deinde locus erit exponendi. Igitur inter SOCIOS, et AVXILIA discrimen aliquod admissum. Sed postea, cum ciuitas non solum cum Latinis, sed cum Italibz etiam com-
muni-

(a) Liu. 8. c. 4. (b) Varro de Lat. Ling IV. p. m. 24. (c) Festos de Verb. Sign. v. Auxiliares. (d) Cic. Epist. ad Fam. L. 15. 4. 4. (e) Plin. Hist. Nat. 16. 4. (f) Polyb. Hist. L. 6. p. m. 483

municata est, illi magis inter legiones ericiuilem exercitum receperunt; atque ex his fere temporibus utrumque et sociorum et auxiliorum nomen EXTERNIS tantum copiis tributum, quae sub Romanorum auspiciis aduersus hostes ducebantur. Multa de illo argumento SPANHEMIVS, (a) quaedam etiam LIPSIUS (b) obseruauit, quos exscribere non uacat. Certe ex illo tempore LEGIONIBVS AVXILIA duntaxat opponuntur; et sociorum copiae AVXILIA subinde appellantur. TULLIUS enim illo, quem supra excitaui loco (c) liberorum Regum, et SOCIORVM AVXILIA laudauit: ut nihil inter SOCIOS, et AVXILIARES interesse, sed tamen miles AVXILIARIVS legionario contemptior fuisse, uideretur. Aut omnia me fallunt, aut eo sensu PLAUTVS (d) AVXILIA a LEGIONIBVS sciungit:

AVGETE AVXILIA, uictis Vestris LEGIONIBVS et A SINVIS POLLIO in epistola ad M. Tullium, (e) Militem, inquir, non solum LEGIONARIVM, sed ne AVXILIA-RIVM quidem ullum, quoquam misi: Ut ostenderet, minus momenti in AVXILIIS, quam in legionibus, fuisse. Sed magis explicate VEGETIVS (f) Legionibus semper AVXILIA, tanquam LEVEM ARMATVRAM in acie adiunctam esse, docet, ut exercitus in his magis praelandi ADMINICVLVM, quam PRINCIPALE SVBSIDIVM, haberet. TACITVS (g) etiam obseruat, singulis legionibus certa quaedam EXTERNA AVXILIA adiecta. Batauorum enim cohortes quartae decimae legionis auxilia fuisse, ait, quasi ipsis solis non ruto aliquid committi potuisse uideretur. Imo uero idem ille VEGETIVS (h) AVXILIARES conduci ad praelium ex diuer-

B 2

sis

(a) Ezech. Spanh. de Orbe Romano. Exerc. I. c. 9. et 10. et Exerc. II. 21.

(b) Lips. de Re Milit. L. I. dial. 7. p. 44. sq. (c) Cic. Ep. ad Fam.

XV. 4. §. 7. (d) Plaut. Cistell. II. 1. 3. 7. (e) Cic. Ep. ad Fam. 10. 32. §. 12.

(f) Veget. de Re Milit. II. 2. (g) Tacit. Hist. L. I. c. 59. (h) Veget. I. c.

sis locis, ait, ex muneribus diuersis uenientes: nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione consentire: Alia inter illos instituta, alium armorum usum frequentari: Et necesse omnino esse, ut tardius ad uictoriam perueniant, qui inter se discrepant, priusquam dimicarent

Sed LIVIUS (a) etiam aliud incommodum in AVXILIIS obseruat, quod, prout praemissis et sollicitationibus et mercede et cupiditate dicerentur, facilius in alterutram partem INCLINARENTE. Deserti enim Romani a Celtiberis in Hispania, quos Asdrubal seduxerat, triste exemplum pro documento habuerunt, ne ita EXTERNIS credant AVXILIIS, ut non plus SVI ROBORIS SVARVMQUE proprie uirium in castris habeant. Eadem fere notam TACITVS (b) Germanorum copiis inussit: quas a Gallis AVXILIO accitas, non solum hostibus, sed etiam sociis, imposuisse seruitum, ait

Itaque periculosa libertati et suspecta plerumque AVXILIA Romanis uidebantur. Sed idem ille TACITVS, alio loco, (c) MAGNUM ait, MOMENTVM fuisse in AVXILIIS, Battuuis in primis, fortunae aut secundae, aut aduersae, prout illa inclinassent; ut, non frustra in exercitu fuisse AVXILIA, intelligatur. Aliquando etiam Galli, nihil VALIDVM esse, in exercitu Romano, nisi quod EXTERNVM esset, obseruarunt. (d) Et iidem alio loco (e) prouincias SANGVINE PROVINCIARVM potius, quam Romano milite deuictas, aiunt. TACITVS, etiam ingens decus uictoriae Iulii Agricolae accessisse, credit, quod CITRA ROMANVM SANGVINEM bellasset, dum incitatos ruentesque ita dispositi, ut pedimentum AVXILIA median aciem firma-

(a) Liu. L. 25. c. 34. (b) Tac. Hist. IV. c. 73. (c) Tac. Hist. I. 59.
(d) Tacit. Annal. III. c. 40. f. (e) Tacit. Hist. IV. 17.

firmarent, equitum tria millia cornubus affunderentur, Legiones pro uallo starent, tunc demum affuturae, si AVXILIARES pellerentur. (a) Itaque commodius bellum per auxilia ADMINISTRARI credebatur, quia duces, adhibitis auxiliis, Romano sanguini parcebant. Sed AVXILIARES et VIRTUTE interdum Romanos superabant: non raro etiam fide et constantia gloriam adepti. CAESAR enim aliquando (b) castra DILIGENTIVS et ACRIVS a Thracibus barbarisque AVXILIIS defensa esse, docet, quam a cohortibus Romanis, quae ibi praesidio relictae erant. Certe EXTRAORDINARIOS milites, ex AVXILIIS ad praesidium ducis in primis selectos fuisse, ob uitritum, etiam POLYBIVS (c) obseruat, cum illorum se fide Imperatores commodissime defendi arbitrarentur. Sed de his deinceps locus erit admonendi. AVGUSTVS etiam Batauorum EXTRAORDINARIAM cohortem PRAESIDIUM CORPORIS SVI esse uoluit, si DIONEM (d) audiamus. Et cum omnia Romae suspecta essent, NERO Germanis, tanquam EXTERNIS maxime fidebat. Idem fere ab aliis principibus frequentatum, donec Galba Imperator Germanorum cohortem, quod SVETONIVS ait, (e) a Caesaribus olim ad custodiā corporis institutam multisque experimentis FIDELIS SIMAM, dissoluit, ac, sine ullo commodo, in patriam remisit.

Sed haec uteunque fuerint, semper quidem robur exercitus, et neruus in legionibus fuit: a quibus AVXILIJA contemnebantur. VEGETIVS enim (f) documento esse magnitudinem Romanam, ait, quae semper cum LEGIONIBVS dimicans, tantum hostium uicerit, quantum uel ipsa uoluerit, uel natura rerum permisit

B 3

Ita-

(f) Tacit. in uita Iulii Agric. c. 35. (b) Caesar de B. Ciui. III. c. 15

(c) Polyb. L. VI. Hist. p. 472. (d) Dio Cassius L. LV. p. 647. edit. Steph. (e) Suet. in Galba, c. 12. (f) Veg. de Re Milit. II. 2

Ex hac causa AVXILIARI non solum gradu militiae, sed etiam nominibus plerumque a CIVILI exercitu sciungebantur. LEGIONARI enim milites proprio et domestico nomine in COHORTES distributi sunt. (a) Sed TULLIUS (b) auxilia a cohortibus distinguit. Auxiliorum enim coetus ALAE potius, quam cohortes, dicebantur. Caesar certe AVXILIA, quae legionariis militibus opponit, milites ALARIOS appellat. (c) LIVIUS etiam SOCIORVM equitum ALAM nominavit. (d) Et idem, quem antea adduxi, CAESAR, M. Varro nomen, delebat habitu tota Hispania cohortes XXX, ALARIAS coegisse scribit, (e) Raro certe auxiliares copiae COHORTIVM nomen acceperunt, nisi aliud nomen fuerit adiectum. Apud LIVIUM (f) tamen EXTRAORDINARIAS cohortes inuenio, quas ex auxiliis delebas, ad praefidium Consulis et custodiam corporis, supra fuit obseruatum. TACITVS etiam aliquando COHORTES Batauorum auxilia Legionis decimae quartae, appellavit. (g) Sed alio loco, apud eundem TACITVM occurunt ALA Batauorum, (h) ALA Britannica (i) Picentina (k) Treuerorum (l) ALAE Moesiae et Pannonicæ, (m) et Rhericae, (n) ALARES milites, a legionariis sciungeti (o) ALARES Pannonii, robur equitatus (p) Equites ALARII, a legionariis distincti (q)

Multum igitur intererat inter AVXILIA et legiones. Sed illud attinet monere, extremis temporibus, postquam ciuitas omnibus communicari coepit, nihil purum, nihil sincerum in exercitu fuisse. Non solum enim EXTERI accepti inter legiones, sed CIVES etiam subinde in alis AVXILIARIORVM militare maluerunt: ut uideatur utriusque militiae

- (a) Veget. de Re milit. II. 6. (b) Cic. Ep. ad Fam. XV. 4. 17. (c) Caef. B. G. I. 51. (d) Liu. 35. 5. (e) Caef. B. C. II. 18. (f) Liu. 34. c. 47. (g) Tacit. I. 59. (h) Id. IV. 18. (i) Id. Hist. III. 51. (k) Id. Hist. IV. 62. (l) Id. H. II. 14. (m) Id. H. III. 2. (n) Id. Hist. I. 68. (o) Id. H. II. 94. (p) Id. Ann. XV. 10. (q) Id. Ann. IV. 73. XII. 27.

tiee usus promiscuus fuisse, et AVXILIA a legionibus
duntaxat disciplinae et pugnae genere distincta. GALBA
enim, si SVETONIVM audias (a) ex plebe Hispaniae,
et LEGIONES et AVXILIA conscripsit. Et VEGETIVS
auctor est (b) plerosque in AVXILIIS potius, quam in le-
gionibus, militiae sacramenta percepisse, quia res commodius
in auxiliis administrari uideretur. Sed hoc quidem loco et
pretio apud Romanos AVXILIA fuerunt

III

VOLUNTARIA AVXILIA PVBLICA ET PRIVATA

Magnus igitur apud liberas gentes AVXILIORVM usus in
exercitu. Ab INVITIS tamen gentibus exigi AVXILIA
non possunt, nisi ex FOEDERIS formula subinde debeantur. Sed
de his quidem, quae ex SOCIALI PACTI ONE submittun-
tur, et NECESSARIA uocantur, deinceps locus erit disputandi.
Iam de VOLUNTARIIS in primis uideamus. Sunt enim illa
uarii generis, atque in PVBLICA ET PRIVATA diuiduntur.
PVBLICA, quae a gente libera uicino SPONTE in repentinis
necessitatibus auspiciis publicis mitruntur: de quibus antea a
nobis disputatum. Sed PRIVATA sunt, cum ab exteris princi-
pibus milites, in alieno territorio, non quidem auspiciis prin-
cipis, eius regionis, sed bona tamen EIVS CVM VENIA, conscri-
buntur. Est et alud genus auxiliorum, dubiae naturae, et QVASI
PVBLICVM, cum ab ipso quidem externo principe, aut
eius nomine, apud alias gentes liberas AVXILIA conscribun-
tur, sed illae gentes tamen, apud quos milites pro exteris legun-
tur, EX FOEDERE tenentur, ut externo principi permittant mili-
tem uoluntarium in ipsorum ditione scribere. Quae species
apud HELVETIOS in primis subinde frequentatur. Sed de

(a) Suet. in Galb. c. 21. (b) Veg. de Re Mil. II. c. 3

his quidem auxiliis postea monebo. Iam quidem primo de VOLUNTARIIS PRIVATIS videamus.

Ipsa certe necessitas gentes docuit, ut, si nec ipsae domesticis copiis ualerent, neque usus amicitiae cum uiciniis esset, mitterent legatos, qui VOLUNTARIA AVXILIA pararent. Hae sunt CONDUCITIAE cateruae, quas in Boeotiorum exercitu NEPOS obseruauit, (a) Eniuero reges Orientis, quod IVSTINVS affirmat, (b) nulla omnino bella sine MERcenario Gallorum EXERCITV, id est, sine illorum AVXILIIS VOLUNTARIIS gesserunt. Neque enim facile priuati, citra Regis sui auspicia, nisi MERCEDE conducti, alienam militiam subiungunt. Quapropter PRIVATA illa auxilia plerumque MERCENARIA dicuntur. LIVIVS obseruat, ante bellum cum Annibale, Romanos MERCENARIVM militem in castris nunquam habuisse, sed tunc in Hispania demum Celtiberos CONDUCTO. (c) Sed constat non solum ante illud tempus, in primo bello Punico, quod ZONARAS (d) testatur, sed etiam postea saepius, AVXILIA VOLUNTARIA, spe mercedis, uel stipendi, in magnis necessitatibus a Romanis contracta esse. M. etiam TULLIVS in prouincia se populorum liberorum AVXILIA VOLUNTARIA comparasse gloriatur. (e)

V

VOLUNTARIA GERMANORVM AVXILIA.

LIBERTAS GERMANICA

GERMANIS quidem semper gloriosum fuit, non solum fines tueri, et parra uirtute militum defendere; sed etiam sociis et amicis AVXILIA mittere, et subsidio uenire. Certe PRIVATIS, a prima gentis origine, permisum, EXTERIS etiam uirtutem

(a) Nepos in Chabria sub init. (b) Iustin. L. XXV. c. 2. (c) Liu. 24. c. 49. f. (d) Zonaras apud Lips. de Re Milit. L. I. dial. 7. p. 45. (e) Cic. ad Fam. XV. 414.

virtutem suam commodare, et APVD GENTES LIBERAS extra patriam in AVXILIIS militare. Illa enim insignis species GERMANICAE LIBERTATIS appellatur, quod liceat priuatis, apud exterros, periculum uirium suarum facere, et in castris aliarum nationum arma fere : modo gloriae quaerendae et virtutis exercendas cauſa ad exterros commigrent. Non attingam antiquissima tempora, de quibus CAESAR et TACITVS et omnes ueteres testantur. Ipsi enim Proceres Germaniae in RECESSV IMPERII SPIRENſI d. An. 1570. §. 4. de hac re fidem faciunt : Haben Wir uns zuförderst erinnert, wie es im heiligen Reich Deutscher Nation von Alters her eine läbliche Gestalt Deutscher Freyheit, um Ehre und Ruhm, mit Ritterlichen Thaten, frembden Potentaten, ohn alles Beleydigen des Bater Landes und dessen Angehörigen, zu dienen, gehabt. Item in R. IMP. AVG. d. A. 1582. §. 31. Ferner, ob wohl im H. Reich Deutscher Nation von Alters diese Freyheit gebraucht, frembden Potentaten, um Ehre und Ruhm, mit ritterlichen läblichen Thaten, ohn alles Beleydigen so wohl Unser, als auch des H. Reichs, dessen angehörigen Ständen, Unterthanen, und Schirms-Verwandten, zu dienen: Etiam nouissime in Capitul. Carol. VI. art. IV. §. Und dieweilre. PRINCIPES ELECTORES illud luculente affirmarunt : Und dieweil denen frembden Potentaten je zu Zeiten im Reiche ihre Werbungen anzustellen, wohl verstatet wird, auch in dem Instrumento Pacis, und denen Reichs-Constitutionibus vorhin zur Gnüge versehen, wie weit einem Stande, oder Angesessenen des Reichs, sich bey Auswärtigen in Kriegs-Dienste zu begeben, oder einzulassen, erlaubt ; So sollen und wollen Wir ic. Neque enim posteri libertatem illam priuatis omnino ademerunt: sed abusus tantum, cum incommodo S. R. Imperii coniuncti et latius grassati, sanctissimis constitutionibus coerciti, atque res in

C

ordi

ordinem redacta. Itaque placuit hanc libertatem legibus quibusdam continere, ne quis illa licentiosius et cum patriae periculo utatur. De his, operaे pretium est, ut paucis expomamus. In primis vero, ne sua SPONTE milites confluant, aut, con spiratione facta, uagentur cum tumultu, quasi militari, aut a priuatis, SEDITIONIS CAVSSA, iniussu magistratus, se legi et in numerum referri patiantur, seuere interdictum: Illud enim ad uim spectare uidebatur. Ita in R. I. VOR-MATIENSI d. A. 1564. §. 15. studiose cautum: Dass in allen Chur-Fürst-Fürstenthümern und Gebieten die Bergaddungen des Kriegs-Volcks, welches sich, selbst eignes Vorhabens, ohne Vorwissen, und Erlaubniß der ordentlichen Obrigkeit, zusammen schlagen möchte r. r. keines Weges geduldet werden sollen r. r. So sezen r. r. Da jemand, wer der auch wäre, sich unterstehen würde, Kriegs-Volk aufzuwickeln, und zu versammeln, daß derselbe Stand und Obrigkeit, ihres Vermögens, solches unverzüglich abschaffen, und keines Weges gedulden solle

VI

NON TAMEN LEGI POSSVNT, NISI A PRAEFECTIS
ET DVCIBVS GERMANIS

Deinde placuit, GERMANOS, quamvis EXTERIS Principi-
bus militaturos, a nemine, nisi a GERMANIS PRAEE-
CTIS et CENTVRIONIBVS, conscribi. Ignominiosum enim ui-
debat, illos ab alienigenis in numerum referri: et periculosem,
in nostro exteris esse aliquam omnino potestatem. Poena etiam
grauissima in illos constituta, qui Exteris, militem legen-
tibus, obtemperent, atque illis nomen dare audeant, nisi
praefectus natione Germanus huic rei administrandae ab ex-
teris adhibeatur. Neque potest deinde inter Germanos ad
mili-

militiam admitti, aut ad ullum eius gradum adspirare, qui exteris se uendiderit, contra militarem disciplinam. Ita constitutum, art. 216. der Reuter-Bestallung, in Comitiis Spirensibus d. A. 1570. promulgatae. Nachdem auch den Deutschen Obersten, Rittmeistern und Hauptleuten, vermöge der deutschen hergebrachten Libertät und Freyheit ic. ic. zugelassen und frey ist, frembden Potentaten teutsch Kriegs-Volk zu führen, und aber jehiger Zeit, andere, so nicht gebohrne Deutsche sind, sich dessen auch unterstehen, und gebrauchen wollen, daraus allerhand Verkleinerung und Nachtheilung der Deutschen Nation endlich erfolgen mag, So soll hinsürter keiner Person, frembder NATION, die im Reich, oder dessen Schutz und Schirms angehörigen Landen nicht gesessen, verstatte werden, Deutsch Kriegs-Volk zu Ross oder Fuß, als ein Obristen, Rittmeister, oder Hauptmann, anzunehmen ic. ic. Und da solches von einer frembden Nation Obristen, oder Befehlshalber in Reich fürgenommen würd, soll solches alsbald durch die Kriegs-Obristen, oder Uns selbst abgeschafft, und gewehret werden. Es sollen auch diejenigen, so sich unter frembden Obersten und Befehls-Leuten bestellen lassen, darum von ihrer Obrigkeit, darunter sie gesessen, gerechtfertigt, und gestrafft, auch ferner unter keinen teutschen Regiment geduldet und gelitten werden.

VII

CONTRA IMPERIVM EIVSQUE STATVS ET SOCIO^S
NON PERMISSA SVNT AVXILIA VOLVNTARIA

Tertio, ex legibus, quas supra recitauimus, apparet, CONTRA PATRIAM, id est, contra Germaniam, S. R. Imperium eiusque Ciues, socios arque foederatos, militare Germanis non permisum : Sed in primis patriae, eius sociis et amicis

amicis hanc operam nauandam. Expressæ enim cautum, ut
saluis rebus patriæ, ohne alles Beleydigen des Vater-Landes,
und dessen Angehörigen, in externam militiam concedant.
Imo vero placuit, Germanos, qui apud exterros mereant,
expresse hoc pacisci, ne unquam contra Germanos in aciem
ducantur. Neuter-Bestallung d. A. 1570. art 217. Soll das
teutsche Kriegs-Wolcf, und alle diejenigen, so von frembden
Potentaten in Bestallung und Pension, oder Jahr- und Dienst-
Geld angenommen werden, in ihren Bestallungen, und Pen-
sion-Briefen, ausdrückl. vorbehalten, daß sie sich wider
das H. Reich Teutscher Nation, und das geliebte Vater-Land,
oder einigen Stand dessen, weder OFFENSIVE, noch DEF-
ENSIVE, nicht gebrauchen lassen ic. xc. Quod si quis ausus
fuerit, hostibus patriæ, vel horum foederatis, opem ferre, vel
in illorum exercitibus militare, ipse uidetur hostis patriæ et
perduellis. Ita IN CAPIT. IOSEPH. ART. 15. Und da einer
bey einem in Comitiis imperii declarirten, oder sonstwichtlichen
Reichs-Feinde, oder dessen Bundsgenossen, und Helfers-
Helfer Kriegs-Dienste annehmen würde, wollen Wir wider
denselben, als einen Reichs-Feind, mit Confiscirung der
Güter, auch sonst nach Anleitung der Execution- und Reichs-
Ordnungen, auch gemeinen Rechten, mit aller Schärfß ver-
fahren, dergestalt, daß selbiger auch an seinen Erb- und
Lehnshafften, Anwartschaft und Rechten, auch Haab und
Gütern, Aemtern und Dignitäten, oder auch, da man ihn
ertappet, an Leib und Leben, die Abwesende aber in ihren
Bildnis abgestraft, ihnen und ihren Descendenten ihre Stamm-
und sonst erhaltene Wappen ferner zu führen nicht gestattet,
noch weniger sie vor Stift- und Rittermäßig jemahls gehalten,
sondern insgemein aller Ehren unsfähig erläret werden. Ig-
itur ne Germani impiis armis et sanguine suorum polluantur,
vism est, illos ante omnia in Imperii et sociorum amico-
rum

rum castris militare et socios Imperii extraneis praeserue.
 Da auch von Uns, oder andern einiges Kriegs-Volk im Reich,
 zu Auslandischer Uns und dem Reich wohl zugethanen,
 zumahl mit Uns ALIIRKEN Potentaten Dienst geworben:
 Cap. Ioseph. art. 15. IN SAXONIA ELECTORALI ETIAM
 nouissime constitutum, ne militi honestammissione impetrata,
 a nostro exercitu digresso, EXTERORVM militiae se dare li-
 ceat, nisi antea legioni, in qua militauit, aut summis ducibus ex-
 ercitus Saxonici, se, uitam, sanguinem suum obtulerit; cum
 ipsis si honestius pro principe et patria, cuius disciplina im-
 burus est, et cui omnia debemus, uiuere et mori, quam aliis
 se uendere patriaeque obliuisci: Graui poena in impios et
 immemores legis constituta. In Mandato enim Augustissi-
 mi Patris patriae, Hubertib. d. 26. Sept. 1736. emissio, haec
 missionis formula prae scripta: Jedoch mit diesen ausdrückl.
 Vorbehalt, daß wenn Er, nach vorfallender Veränderung derer
 Umstände, über lang oder kurz, sich freywillig, und aus eig-
 ner Bewegung, wider in Kriegs-Dienste begeben wolte, Er
 seine Person zuförderst dem Regiment, wobey Er bis her
 engagirt gewesen, und da dieses ihn nicht annehmen könnte,
 oder wolte, hiesiger hohen Generalität, zum Dienst zu praes-
 entiren, und anzubiehen, auch, bey welchem Regiment man
 ihn sodann placiren wird, zu gewartet schuldig seyn soll: Im-
 massen er auch ad protocollum derer Regiments-Gerichten sich
 hierzu verbindlich gemacht, und zuförderst dem Regiment, so-
 dann aber der hiesigen Armée überhaupt, das Vorzugs-
 und Nächter Recht an seiner Person, vor allen frembden und
 auswärtigen Diensten, zugestanden

VIII

AVXILIA VOLUNTARIA GERMANORVM
NON SINE VENIA PRINCIPIS
EVOCARI POSSVNT

LEGI igitur subinde possunt milites in Germania, qui in AVXILIIS exterorum arma ferant. Sed tum natura gentis liberae, tum studium pacis, et ordinis, quo peruerso, omnes partes reipublicae conuelluntur, tum Leges S.R. IMPERII feuerissime sanctitae, non permitunt, ut, IN VITO PRINCIPE et republica, ciues in militiam EXTERNA MABSTRAHANTUR. Enimuero io RECESSV IMPERII SPIRENSI d. Ann. 1570. §. 7. 8. - 14. itemque in RATISBONensi d. A. 1576. §. 39. et in AVGVSTANO d. An. 1582. §. 32. sq. sollicite constitutum, ne quis EXTERORVM principum in terris Imperii militem scribere audeat, nisi uenia ab IMPERATORE impetrata, Dass hinführer ein jeder frembder Potentat, wer der auch sey, so im H. Reich Kriegs-Leut werben lassen wolle, bey Uns als Römischen Kaiser, darum ansuchen soll. Praeterea, ne qua fraus legi fiat, et ne quid praefecti, iniussu principis, cui AVXILIA comparantur, sui compendii caussa, moliantur, quod ad uim spectare possit, et generaliter, ne quid patria per illam occasionem detrimenti capiat, placuit, ut NUMERVS militum, et praefectorum atque centurionum nomina, antea explicate indicentur. Mit ausdrückl. Vermeldung, wieviel Kriegs-Leute Er bestellen lassen wolle, welche die Obristen, Rittmeister und Hauptleute seyn. Ex quibus apparet, CAVSSA COGNITA demum concedi, ut AVXILIARES COPIAE in terris Imperii a principe externo conscribantur. Sed in caussae cognitione etiam hoc uersatur, ne ipsa aliquando Germania uiris fortibus et milite careat, in suis necessitatibus, si nostri liberaliter gentibus externis concedantur. Cuius rei si sit suspicio, interdictio potest

poteſt ciuibus, ne in alienam militiam concedant. Aliquando enim, in communib⁹ patriae periculis, et cum res ad angustias redacta eſſet, consensu omnium decretum, ne omnino EXTERIS MILITES ET AVXILIA concedantur, quorum ipſi Germani indigerent, donec patria liberata, pace restituta, uirtuti campus latior aperiretut. Ita placuit in R. I. Ratisbonensi d. A. 1598. §. 38. Bey jehigen offenen Kriege, die frembden Werbungen, ſie feyn auch angſchen, wohin ſie wollen, von Reutern und Knechten, in dem H. Röm. Reich weder heimlich noch öffentlich zugestatten. Item in R. I. R A T I S B. d. A. 1603. §. 12. confirmatum. In Capitular. Iofeph. etiam art. 15. conuenit, ne ulli omnino, praeterquam S. R. I. eiusque FOEDERATIS, AVXILIA legendi fieret facultas, auch auf begebene Fälle alles Ernst⁹ verbiethen, daß im H. Röm. Reich jemand vor einen andern, wer der auch ſyne, als das Vater-Land, und deſzen jeder zeit Bündgenoſſene werbe, oder ſich werben laſſe u. u. Neque habent illo caſu ciues, quod LIBERTATEM GERMANICAM inuocent, aut de interdicto conquerantur. Omnes enim hac lege in rempublicam ſe conſerunt, atque in illa defenduntur, ut, ſi qua necessitas ingruat, ipſi etiam reipublicae et ciuitati gratiam referant, eius ſalutem et incolumentem, omni diuina et humana uirtute, neruis omnibus, atque ipſo ſanguine et ſpiritu, defendant. AVGUSTISMVS certe IMPERATOR in nouiflma CAPITULATIONE art. IV. §. Und dieweil u. u. ſe operam daturum promiſit, ne quid eiusmodi incommodi Germania accipiat, dum ab EXTERIS ius conducendi milites Germanos impetratur. So ſollen und wollen wir zuſörderſt dahin ſehen, damit das Reich der Mannſchaft nicht entblößt werde

De STATIBVS Imperii nemo dubitat, quin in ipsorum territoriis omnino, iſpis inuitis, legi milites non poſſint: cum copiis collectis ne TRANSIRE quidem per illorum terras li- ceat,

ceat, nisi uenia ab ipsis impetrata. De qua re deinceps exponemus. Imo natura summae potestatis, quam SUPERIORITATEM TERRITORIALEM appellamus, IVSQUE BELLI ET PACIS sanctissima lege ipsis tributum, non permittunt, ut milites et ciues ipsis iniuris extorqueri possint. Ipsos uero AVXILIA, et ius militem legendi, sine cuiusquam incommodo, exteris gentibus et sociis largiri posse, expeditum est, cum IVS FOEDERV inter se et cum EXTERIS faciendorum, cuius libertas articulo VIII. INSTRVMENTI PACIS VESTPHALICAE vindicata est, ius mittendi auxilia et concedendi militum in ipsorum terris legendorum facultatem, comprehendat

VIII

CAVTIO AB EXTERIS PRAESTANDA
QVI MILITEM IN S.R.I. LEGVNT

VENIA igitur impetranda est, priusquam in terris imperii AVXILIARES COPIAE legantur. Sed non conceditur uenia, nisi praefita CAVTIONE, Germanos nihil ex illa cauſa detrimenti accepturos. Primo igitur ipsi PRINCIPES exteri cauebunt, hunc militem, quem legant, aduersus Imperatorem et S.R. Imperium, eiusque status et ordines, non dimicatueros, et præterea, cum ex imperio discedent, TRANSITVM INNOXIVM futurum : Darneben diese Erklärung und Zufage thun, daß solch Kriegs-Volk wider Uns, des H. Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Stände, nicht gebraucht werden solle, auch in den An-Durch- und Abzügen, Niemand beschweren, was sie verbrauchen, zahlen, keinen Muster-Platz noch Musterung, kein Abdanken! oder Trennen in des H. Reichs und dessen Angehörigen Schirns. Verwandten, Grund, Boden und Obrigkeit fürgenommen werden, sondern außerhalb desselben solches alles geschehen soll. Itaque nec recenseri in terris
S. R. I.

S. R. I. nec dimitti possunt, ne globus ille hominum gestiat, aut res nouas moliatur, aut uis omnino fiat, per occasionem. Eadem fere cautio a praefectis et centurionibus exigitur, qui auxilia legenda suscepserunt. R. I. d. A. 1570. §. 8. Supremo etiam praefecto Circuli illius, in quo milites leguntur, aut per quem transeunt, eiusque collegio, dominoque territorii, indicandum est consilium, et fides facienda, et securitas praestanda. Und dann, daß Sie gnugsam verbürgte Caution den Obristen, Zu- und Nachgeordneten, in dem Creyß und Landen, darinnen gewoben, oder der An- und Durchzug fürgehen möchte, zuverderst thun wollen ic. x. §. 8. d. R. I. FIDEISSLORES etiam desiderantur. Sed non uidentur idonei, nisi ex ijs Ordinibus imperii accipientur, et qui omnia bona sua iure pignoris obligent. Darzu gnugsame Caution mit Ständen im Reich gesessen, erstattet sollen. ic. Ipse Praefectus, eiusque fideiussores, si quid damni datum fuerit, tanquam debitores principales simpliciter, atque in solidum tenentur. §. 10. et 12. d. R. I. Eadem fere art. XVII. §. 9. Instr. Pac. Veltph. cum cura repertuntur. Imperatores etiam, ut CAPITULATIONIS IOSEPH. art. 15. et NOVISSIMAE art. 4. §. Und dienewil ic. x. prospicere tenentur, ut his promissis satisfiat, auch die Verfüigung thun, daß die Chur-Fürsten Fürsten und Stände des Reichs, sammt allen deßen Angehörigen, bey ob bemeldter Werbung, mit Versammlung, Durchfuhr, Einquartierungen, Muster-Plätzen, oder sonst in einige andere Wege, wider die Reichs-Constitutiones und das Instrumentum Pacis, nicht beschweret, oder darwider verfahren werde.

IX

POENA ILLORVM QUI NEGLECTIS IMPERII LEGIBVS
MILITEM IN S. R. I. LEGVNT

HABES igitur leges et conditiones, quibus parere debent,
qui AVXILLA VOLUNTARIA ET PRIVATA in terris Imperii

D

perii conscribunt. Si quid secus et contra illa factum fuerit, ille, qui clanculum, uel aperte, PRO EXTERIS auxilia conduxit et copias contraxerit, hostis iudicatur, in Bannum Imperii IPSO IURE incidit, a summis praefectis circulorum capitur, discedere prohibetur, secundum leges Imperii in illum animaduertitur, copiae dissipantur, milites segregantur, omnia ad uim prohibendam comparantur. Audiamus legem Germanicam §. 15. R. I. d. A. 1570. expressam. Da aber einiger Oberster ic. ic. oder Befehls-Mann, ehe und bevor Er solche Anzeig Uns und den Ereyß-Obersten Zu- und Nachgeordneten, neben der Versprechniss und Leistung der Caution, gethan, Kriegs-Leut heimlich oder öffentlich fremden Potentaten zu werben und in Anzug zu bringen sich unterstehen würde, soll derselbig nicht allein mit der That, ohne weitere Erklärung, in der Acht seyn, sondern auch alsbald in Besitzung genommen, ihm seine Werbung niedergeleget, das Kriegs-Volk, da es allbereit fürhanden, getrennet, und sonst weiter, was des Reichs-Execution in solchen Fällen vermag, fürgenommen werden. Eadem poena illi, qui dissimulato auctore, unter blinden Mahnen, ausi sunt, copias in Germania conscribere, tanquam fractae pacis publicae rei et hostes patriae tenentur, R. I. Vormatiensi d. A. 1564. §. 5. Neque illud nouum, cum et MARCIANVS l. 3. D. ad L. Iul. Mai. illum capite puniri doceat, qui iniussu principis DELECTVM HABVIT, aut exercitum comparavit. Praeterea priuati, qui INVITOS ciues rapiunt, crimine PLAGII, et FRACTAE PACIS PUBLICAE polluunt, EXTERI PRINCIPES pro HOSTIBVS habentur.

XI

SVE GERMANI QVI APVD EXTEROS MILITANT
T LEGIBVS NOSTRIS VIVVN

ET PRO VOLUNTARIE ABSENTIBVS HABENTVR

ACCEPSTI, quo iure apud Germanos exteris priuata AV-XILIA parentur. Nunc de ipso IURE MILITVM, qui in castra

castra exterorum concesserunt, atque ab illis in numerum re-lati sunt, operaे pretium est, ut uideamus. Sed GERMANIS quidem ad tuendam nominis gloriam accommodatus usum est, si ciues nostri, etiam apud exteros, MILITARIBVS GER-MANORVM LEGIBVS obtemperent et uiuant, nihil turpitudini, nihil ignominiae, admittant, sed uirtutis famam, a maiori-bus acceptam, pulchris facinoribus retineant atque ad poste-ros propagent. Hac enim lege generaliter Germani milites tenentur art. 218. der Reuter-Bestallung, d. A. 1570. Dass das teutsche Kriegs-Volk, und alle desselben Obersten und Be-fchlags-Haber bey frembden Potentaten und in ihren Kriegs-Diensten sich unser und des Reichs außgerichten Bestallung und Reuter-Rechten, auch Articuls-Brieffen, so viel das Kriegs-Regiment und Ordnung belanget, gemäß zu verhalten, schuldig und pflichtig seyn sollen. Quae res, ut diligenter custodiretur, placuit, in duces et gregarios, qui indi-gnius quid in militia admiserint, quamvis impuniti ad nos re-uertantur, etiam EX OFFICIO inquire, et EX IVRE GER-MANORVM MILITARI in illos animaduerti, art. 219. Der Reuter-Bestall. Da ein Oberster und ingemein alle Kriegs-Peut bey frembden Potentaten und in ihren Kriegs-Dien-sten jetziger Bestallung, Reuter-Rechten, und Articuls-Brieffen, so viel das Kriegs-Regiment und Ordnung betrifft, zuwieder thäten, oder in andere Wege sich ihrer Ehren vergessen sc. sc. ob sie gleich an demselbigen ungestraft entkommen, so sollen sie doch vor ihrer ordentlichen Obrigkeit gerechtfertigt sc. sc. auch verniße Unser und des H. Reichs-Bestallung, Reuter-Rechten und Articuls-Brieffe gegen den Verwürcker zu gebührlicher Straffe procediret und verfahren werden sc. sc.

Praeterea nemo dubitet, illos IVRA CIVITATIS in patria, quamvis in exterorum castris et militia uer-sentur, retinere: quandoquidem etiam PROCVLVS l. 7. pr. D. de Captiu. et Possum. reuerf. air, non indigere

D 2

POST-

POST LIMINIO, qui apud liberos populos et AMICOS nostros aliquamdiu uercentur; et praeterea uoluntaria illa AVXILIA magis comodata exteris, quam uenditata deo que magis nostri, quam exterorum milites, uidentur. Sed REIPUBLICAE CAVSSA ABSENS tamen non uidentur, qui, quamuis bona Germanorum Principum cum uenia, sua se VOLUNTATE passus est IN EXTERNAM MILITIAM referri. Alia enim est ratio illorum, qui nostra cum VENIA, quam, qui nostro IUVSSV, discesserunt. Enimuero illi, quibus PERMISSVM est, ut in exterorum castris uirtutem experiri possint, non dissimiles sunt militi, qui IN COMMEATV agit, et ueniam profectionis impe- trauit. Sed VLPIANVS I. D. de Re Milit. negat, REIPUBLICAE CAVSSA militem ABESSE, qui in commeatu agat. Item IAVOLENVSL. 34. pr. D. Ex q. c. mai. militem, qui, commeatu accepto, id est, cum nostra VENIA, dimissus, discesserit, reipublicae caussa abesse negat. Et generaliter, qui sui lucri aut compendii caussa abierunt, reipublicae caussa abesse non uidentur. Sed, qui PUBLICIS AVSPICIIIS a principe exteris subsidio mittuntur, nemo dubitat, quin et NECESSARIO, et propter rempublicam, abesse videantur.

XII

AVXILIA NECESSARIA

EX FOEDERE INAEQUALI INPRIMIS

SATIS credo exposuimus de uoluntariis auxiliis, quae priuata magis appellari possunt, quia bona quidem cum VENIA reipublicae, sed NON PUBLICIS AVSPICIIIS mittuntur. Restat ut de NECESSARIIS AVXILII stradamus. Illa fere sunt, quae EX FOEDERE PUBLICO debentur. Constat enim, PACTIOM, quamuis libera utriusque partis uoluntate fiat, tamen utrumque contrahentem NECESSITATE aliqua promissi officii obstringere, ne alterutra, inani spe delusa, partis deficientis culpa, in damnum et periculum inducatur. Sed de foederum CONDITIONIBVS DIVERSIS alii cum cura tradiderunt. Nos quae-
dam

-TRO-

dam duntaxat monebimus, in transcurso, ut illa, quae de auxiliis dicenda sunt, commodius, intelligantur

Plerumque quidem SOCIETAS ET FOEDVS AEQVATIONEM IVRIS uidentur continere. Illud Latini Romanis obiecerunt, ut FOEDVS esse, SOCIETATEM AEQVATIONEM IVRIS esse, reminiscerentur. (a) Sed pauci quidem AEQVO FOEDERE in Romanorum amicitiam uenerunt. Plerumque enim adiecerunt, ut foederatus populus IN DITIONE populi Romani esset; aut certe, quod PROCVLVS ait, l. 7. §. 1. D. de Captiu. et Postl. reuersi. ut is populus alterius populi MAIESTATEM COMITERSERVARET, aut imperium maiestatemque P. R. conseruaret sine dolomalo. Sic Romanis cum gente Aetolorum, teste LIVIO (b) conuenit. Hoc enim pacto, quod PROCVLVS d. l. 7. monuit, indicatur, alterum populum superiorem esse, quamvis salua utriusque libertate. Igitur gentes uel aequo uel IN AEQVALI FOEDERE amicitiam contrahunt

Sed his quidem certe, qui in ditione populi Romani essent, IMPERARI AVXILIA solebant, cum uicti et subiecti uitiorum voluntati & imperio DEBBENT obtemperare. Eo etiam iure in Latinos utebantur. L. QUINTIVS certe sociis et nomini Latino MILITES IMPERAVERAT, quos cum Consule in prouinciam ire oportebat. (c) Diserte POLYBIVS (d) consules sociorum, in Italia, ciuitatibus, ex quibus AVXILIA desiderent, προσαγγέλλειν, DENUNCIARE, ait, quo numero, ad quod tempus, in quem locum, AVXILIA mittantur. Quapropter Britanni, apud TACITVM, (e) queruntur, abstrahi liberos, INIVNGI delectus, tanquam mori pro patria tantum nescientibus. THRACES certe, cum PATIDELCTVS et validissimum quemque militiae Romanae dare aspernarentur, Romani armis coercere inuitos laborarunt. (f)

D 3

Caesar

(a) Liu. VIII. 4. (b) Id. 38. 11. (c) Id. 36. 3. (d) Polyb, VI, p.468.
(e) Tacit. in vita Agric. c.15. (f) Id. Annal. IV. 46

CAESAR etiam trans Rhenum in Germania, ab illis civitatibus, quas ipse armis antea placauerat, equites ACCERSIVIT, quorum opera aduersus hostes uteretur. (a) Ut intelligatur, illos, qui subiecti populo Romano essent, IVSSV reipublicae ad mittenda auxilia obstringi. A populis liberis PETI, IMPETRARI, COMPARARI auxilia solebant

Sed IN S. R. IMPERIO IMPERATOR ab ordinibus subinde, tanquam caput imperii a membris, in bello imperii solenni, aduersus illos, qui hostes iudicati essent, AVXILIA, necessaria IN COMITIIS IMPETRAT; modo bellum CONSENSV OMNIVM ORDINVM in comitiis decretum, aut, in casu necessitatis, communicato cum PRINCIPIBVS ELECTORIBVS consilio, illorumque adhibito consensu, fuerit susceptum. art. VIII. Instr. P. Vestph. §. 2. Capitul. Carol. VI. art. IV. §. Wir wollen und sollen auch ic. Quo facto totus exercitus Imperatori & S. R. Imperio iurisurandi vinculo obstringitur, so wohl das ganze Kriegs-Heer in Unsere und des Reichs-Pflichten genommen werden soll. Sed de his auxiliis alii diligenter tractauerunt: (b) Hoc autem loco illa persequi, quae ab aliis obseruata sunt, non est nostri instituti: Ordines enim in bello imperii non tam AVXILIA praestare, quam hostem potius communis patriae coniunctis viribus profigare, atque copiis suis exercitum imperii totius instruere, tenentur. Vnum non superuacuum fuerit monere: AVXILIA ab Ordinibus ad defensionem patriae comparata, non facile EXTRA IMPERII FINES deduci, nec bellis externis adhiberi posse, sine comitali ordinum consensu: Illud enim Iosephus Imperator art. XV. Capit. Ioseph. principibus Electoribus promisit: Wir gereden und versprechen auch, wenn ins künftige auf vorgehabten Rath mit denen sieben Chur-Fürsten, und deren darauf gefolgerter Bewilligung und Consens, die

Noth-

(a) Caef. B. Gall. VII. c. 65. (b) uid. Mascou. de Bello imperii solenni. Henniges ad Capit. Ioseph. art. XV. n. b. Europäischer Herold. T. I. p. 933. sqq.

Nothdurft erfordern würde, daß Wir zu des Reichs Defension einige Kriegs-Völker werben solten, dieselbe ohne Chur-Fürsten, Fürsten und Stände Vorwissen und Bewilligung außerhalb des Reichs nicht führen, sondern zu desselben Defension, und Rettung der bedrängten Stände, gebrauchen und anwenden zu lassen.

XIII

AVXILIA EX FOEDERE AEQVALI,
FOEDERA SOCIALIA IMPATORIS
CVM EXTERIS

ACTVM igitur de his, qui ex INAEQVALI foedere ad mittenda auxilia tenentur. Sed AEQVO quidem FOEDERE de auxiliis mittendis, INTER LIBERAS GENTES, nullo ciuili vinculo inter se connexas, amicitia contrahitur; ut, in periculis, aduersus uim ingruentem et machinationes hostium, coniunctis uiribus utantur. Quod officium quounque porrigitur, EX FORMVL A cuiusque foederis, partium libero consensu definita, aestimatur. Itaque uix refert, de diuersis speciebus foederum aequalium hoc loco disputatione: Non enim de iure FOEDERV M SOCIALIV M, sed de IURE MILITIS AVXILIARI, ex formula socialis foederis submissi, praeципue tractamus. Sed, ut de hoc rectius fiat iudicium, attinet, quasdam species digito et in transcurso indicare. A plerisque in GENERALIA ET SPECIALIA subinde diuiduntur. Illa dicimus, cum conuenit, ut VTERQ VE POPVL VS EOSDEM HOSTES habeat, et arma in illos ferat, PARITER QVE BELLVM ADMINISTRET. Est apud LIVIVM (a) formula foederis eiusmodi, quod Romani cum Aetolis pepigerunt. GROTIUS quidem argutatur et dubitat, utrum haec foedera etiam AD INVISTA BELLA utriusque gentis commode trahantur. (b) Sed certius est, gentes de iustitia factorum alterius genris liberae sententiam dicere uix posse, nisi MANIFESTA

(a) Liu. 38. II. (b) Grot. II. 25. 3. 4.

PESTA IN VRIA appareat. Hoc enim si liceret, nunquam non inuenirentur probabiles fortasse cause, propter quas socius socio, pessimo exemplo, auxilia submittere tergiuersaretur. SPECIALIA foedera de certis duntaxat bellis, communis consilio et sociali exercitu, administrandis, ineuntur. Vtraque uel INFINITA uel DEFINITA esse constat. In illis consilium ex re capit, et numerus auxiliorum, ex grauitate periculi et necessitate praesenti, aestimatur: In his de certo numero conuenit. Porro in MYTVA seu reciproca, et VNILATERALIA ab interpretibus diuiduntur. In his altera duntaxat alteri se subdio uenturam, in illis, utraque se alterius caussam et necessitates subleuaturam, spondet.

IMPERATOR Germanorum, quantum ad terras eius hereditarias attinet, iure foederum et libertate iuris Gentium utitur: Sed operam se daturum promisit, ne quid per illam occasionem Germania detrimenti capiat, aut ne quid fiat, quo instrumentum pacis conuellatur, art. VI. CAPIT. noviss. Wenn Wir auch insfünftige Unserer eigenen Lande halber einige Bündnisse machen würden, so soll solches anderer Gestalt nicht geschehen, als unbeschädiget des Reichs, und des Innthalte des instrumenti pacis. Item alio loco generaliter se exteris auxilia non daturum spondet, ex quibus aliquid periculi ad Germanos peruenire posse uideatur, art. IV. §. Wir sollen und wollen sc. CAPIT. CAROL. VI. weniger das Reich in fremde Kriege impliciren, sondern Uns aller Afflitz, daraus dem Reich Gefahr und Schaden entstehet, gänzlich enthalten. Quandoque etiam, cum bellum aduersus Turcas appararent, Ordinibus in comitiis Imperatores indicarunt, se CVM EXTERIS, si possent, societatem coituros. Illud enim a FERDINANDO in R. I. d. A. 1529. §. 26. a RUDOLPHO II. in R. I. Ratisbonensi d. A. 1602. a MATTHIA in R. I. Ratisb. d. A. 1613. §. 5. factum esse obseruamus.

Sed

Sed in foederibus, quae ad S. R. Imperium pertinent,
 & nomine eius ineuntur, ius liberi suffragii Ordinibus imperii in Instr. Pac. Westph. art. VIII. §. 2. sollicite conferuatum.
 „Gaudent sine contradictione iure suffragii in omnibus delibera-
 tionibus etc. ubi pax aut FOEDERA facienda etc. Ni-
 „HIL HORVM, aut quidquam simile, FIAT et admittatur, nisi
 „de COMITIALI liberoque omnium imperii Statuum suffra-
 „gio et CONSENSV.“ Imo iam olim MAXIMILIANVS
 in R. I. VORMATIENSI d. A. 1495. Tit. V. cauit Ordinibus,
 se foedus non facturum esse. Wir sollen auch ohne Wissen und
 Willen der jährlichen Versammlung kein Bündniß noch Einig-
 ung mit fremden Nationen und Gewalten machen, die dem
 Reiche zu Schaden, Nachtheil, oder zu wider seyn möchten. Sed
 explicatus cum Carolo V. Ordines pacti sunt, ne AVXILIA ex-
 terorum in terras imperii inducat , art. XI. CAPIT. CAROL. V. Noch
 einig frembd Kriegs-Volk ins Reich führen, ohne Vorwissen,
 Rath und Einwilligung der Reichs-Stände, zum wenigsten der
 sechs Chur-Fürsten. Ad quam legem sanciendam quid Germanos permouerit, SLEIDANVS(a) et SABINVS(b) docuerunt.
 Eadem fere formula Imperatores posteri se obstrinxerunt.
 In Capit. Caroli VI. art. 6. diligentius definitum, ipsum, in casu
 necessitatis, aut utilitatis insignis, si res moram omnino non ad-
 mittat, subinde, in foederibus iungendis, interim Principum ELE-
 CTO RVM consensu, nec tamen a singulis elicito, sed in collegii
 Electoralis conuentu ab uniuersis declarato, usurum esse, do-
 nec comitia institui et ab omnibus ordinibus de illa re delibe-
 rari possit, da aber publica salus et utilitas eine mehrere Beschleu-
 nigung erforderte, da sollen und wollen Wir aller Churfürsten
 sämmtliche Einwilligung zu gelegener Zeit und Mahlstatt, und
 zwar auf einer Collegial Zusammenkunft, und nicht durch absolu-
 terliche Erklärung, bis man zu einer gemeinen Reichs-Versamm-
 lung kommen kan, wie sonst in allen andern des Reichs Sicherheit
 con-

(a) Sleid, L. I. de Stat. Imp. et Reipubl. p. 17. (b) Sabin. Hist. Elect. et
 Coron. Caroli V. apud Goldstum in Polit. imper. P. I. tr. 7. p. 129.

concernirenden Sachen, also auch in dieser, erlangen; Si tamen ipse Imperator, ab hostibus patriae, imperii caussa, vim repentinam passus fuerit; placuit, illum QVIBVSCVNQVE AVXILLIIS, imperio non periculosis, ad illam repellendam uti posse, CAPIT. CAROLI VI. art. 4. s. Wir sollen ic. ic. circa finem. Wo wir aber des Reichs wegen angegrissen würden, mögen Wir Uns aller dem Reiche upnachtheiliger Hülfe gebrauchen ic. ic.

De Ordinibus imperii nemo dubitat, quin recte FOEDVS sociale, inter se et cum exteris, DE AVXILIIS MITTENDIS, uel accipendi, saluus tamen pacis publicae et Vestphalicae legibus, saluo iurecurando, quo Imperatori et S. R. Imperio obstringuntur, contrahant: modo nihil patria communis ex ea re incommodi sentiat. Illud et art. 8. Pac. Vestph. et art. 6. CAPIT. CAROLI VI. definitum, Dass auch die von frembden Potentaten begehrnde Hülfe also, und nicht anders, gethan sey, noch begehret werde, dann dass dadurch dem Reich keine Gefahr zuwachsen moge.

XIII

NUMERVS AVXILIORVM

CETERVM, ut supra diximus, EX FORMVL A FOEDERIS CONSTITUENDUM est, quid socii sociis praestare tenentur. Plerumque uero de NUMERO AVXILIORVM conuenit inter foederatos. Qui, quamuis utrinque in foedere definitus sit; solent tamen partes casus repentinae, ET PERICVL A IMPROVISA excipere: ut numerus PRO RE NATA augeatur. Illud Elektoribus et Principibus quorundam circulorum S. R. I., in unione A. 1658. contracta, §. VI. sub finem, (a) placuit, ut, quamvis numerum constituiscent, tamen, communi consilio, in magnis necessitatibus, subinde maior multirudo submittatur: Auch auf dem Fall, die andringende Gefahr einen grössern SVCCVRS erfordern sollte, man sich, nach erwogenen Umständen, entschliessen wolle, ob und wie derselbe, nach erster meldter PROPORTION, zu vergrossern. Romani quidem socii, quos INAEQUALI foedere sibi coniunxerant, IMPERAT BANT

(a) in Corpore Iuris Mil. Lunigii p. 390.

BANT NVMERVM, quem miti oporteret: uti res et necessitas suadere uidebantur. Hoc LIVIVS (a) et POLYRIVS (b) obseruant. Illud tamen, postquam a Celiberis in Hispania deserti, illaque proditione in magnum periculum adducti erant, exemplo didicerunt, cauendum esse Romanis ducibus, ne ita crederent EXTERNIS AVXILIIS, ut non PLVS sui roboris suarumque propriis viriis in castris haberent. (c) VEGETIVS certe (d) illam rationem seruatam esse, ait, ne unquam AMPLIOR multitudine SOCIORVM AVXILIARIVM QVE esset in castris, quam civium Romanorum. Sed expeditum est, deceptum esse VEGETIVM in illo arguento. Nullam enim necessitates belorum legem admirerunt. Constat, saepius exercitum Romanum duas aut tres partes auxiliorum habuisse. Illud in primis, in Carthaginensi bello (e) et aliis interdum (f) usu uenit. Caesar se subinde MAGNVM NVMERVM auxiliorum ex finitimiis ciuitatibus coegisse, (g) ait, illamque rem sibi et populo R. prosperrime euensisse. Sed aliquando, contractis legionibus, et MODICA auxiliorum manu, feliciter pugnatum: quod AGRICOLA accidisse, TACITVS testatur. (h) POLYBIVS plerumque Romanos PEDITVM numerum PAREM Romanis legionibus, sed EQVITVM DVPLIO MAOREM, a sociis accepisse, ait. (i) Sed, ut dixi, res, ut opportunitas, et caussa postulauit, varie administrata

XV

EXPEDITIONES AVXILIORVM

ET QVO LOCOILLA IN ACIE CONSTITUVANTVR

AVXILIA igitur, pro modo periculi et usu bellii, comparantur. Dicit est arbitrium, QVO LOCO illis uti, QVIBVS NECESSITATIBVS administrandis adhibere, uelit militem auxiliarem. Interdum tamen pactione efficitur, ne quis in loco militent, aut in quodlibet periculum coniiciantur, auxiliares copiae ab exteris acceptae. HELVETII plerumque stipulari solent, ne

E 2

facile

(a) Liu. L. 36. c. 3. (b) Polyb. L. VI. Hist. p. 468. (c) Liu. L. 25. 33.

(d) Veget. III. I. f. (e) Liu. Libro 30. c. 5. (f) Id. 37. c. 50. et L. 3. c. 5.

(g) Caef. B. G. VI. c. 43. (h) Tacit. in Vita Agric. c. 18.

(i) Polyb. L. VI. p. 472

facile DISTRAHANTVR ipsorum copiae, sed ut in eodem loco omnes dimicent: aut certemilites singuli a cohorte, cui quilibet adscriptus est, in praefidiis in primis, ne diuellantur. Ita inter ipsos et Venetorum rempubl. An. 1706. §. 6. publica sponsione interposita, conuenit. (a) Wenn ein Feld-Lager formiret wird, mögen die Regimenter, nach heutiger Kriegs-Manier, in Battailons zwar wohl getheilet werden. So aber der beydien Stände Volk in Besatzung und Schlosser gelegt würde, könnten denn die Regimenter wohl in Compagnien zerrtheilet, die Soldaten aber von ihren Compagnien nicht gesondert werden, sondern sollen bey sammen bleiben. In primis, ne foederati in OPPVGNATIONIBVS, aut expeditione MARITIMA, auxiliaribus Helvetiorum copiis utantur, cauere solent. Ita enim in EODEM foedere, §. 2. stipulati sunt. Und soll vorbemeldter Stände Volk weder zu Stürmen, noch auff dem Meer zu kriegen, nicht schuldig seyn. (b) Item CATHOLICI HELVETIOVM ordines in foedere A. 1715. cum Rege GALLORVM facto, §. 4. maritimam expeditionem expresse excepuntur. Die Schweizerischen Troupen sollen auch nicht zu Wasser, sondern zu Lande, können gebraucht werden. (c) Sed hoc quidem durum atque cum incommodo coniunctum, auxiliares copias non ad quemcumque casum in ducis esse potestate. Vitius et aequitati conuenientius in foedere sociali inter Rvssos SVEOSQVE An. 1724. inito d. 22. Febr. (d) §. ii. definitum, ut PAR IVSTVSQVE ex VTRIVSQVE partis exercitu NVMERVS expeditionibus periculis et belli laboribus, adhibeatur. Damit auch die Auxiliair-Troupen nicht mehr, als die andern, bey denen Kriegs-Operationen, oder sonst fatigiret, und exponiret, sondern zwischen selbigen eine vollkommene aequalität obseruiret werden möge. So soll der en Chef commandirende General gehalten seyn, bey allen Commandirungen eine billige und genaue Proportion derselben, nach der Stärke der ganzen Arme, in Acht zu nehmen. Cetera, prout commodum uidetur, auxiliis imperantur.

Apud

(a) apud Schmauß. in Corp. Iuris Gent. T. II. p. 1187. (b) Ib. p. 1106.

(c) Ibid. p. 1499. (d) apud Schmauß. I. c. p. 1973.

Apud Romanos, si VEGETIVM audiamus, (a) auxilia, ut LEVIS ARMATURA, quod supra diximus, exercitu adiungebantur. LIVIVS, (b) SINGVLIS LEGIONIBVS subinde ADIUNCTA esse externa auxilia, obseruat: Quia diuisa magis, quam inter se coniuncta, usui futura esse videbantur. EX TACITO etiam (c) supra monuimus, Batauorum cohortes. XIV. legioni, auxiliorum loco, adiectas esse, ut perpetuo cum illa legione militarent. Plerumque tamen in illum LOCVM, qui ipso- rum ingenio et VIRTUTI maxime CONVENIRE uisus erat, mittebantur. Illud enim ducis prudentiae relicturn. CAESAR aliquando IN SUMMO IVGO MONTIS auxilia collocauit, (d) et legiones auxiliis subiunxit. Cum alia esset opportunitas, auxilia IN MEDIAM ACIEM coniecit: (e) quod fere etiam AGRICOLAE, in Britannia, placuit, qui PEDITVM auxilia in MEDIA ACIE collocauit, equites cornubus affudit. (f) LIVIVS tamen monet, in Consulum exercitu interdum ALAS SOCIO-RVM in PRIMA ACIE pugnasse. (g) Quandoque auxiliares, si in illis spes magna haberetur, EXTRA ORDINEM in acie locati, ut conspectior illorum uirtus esset. (h) Imo uero, si raptim, et cum impetu, res administraretur, auxilia sibi ipsis locum elegerunt. (i) Adeo frustra laborant, qui, in tanta varietate, CERTVM ET PERPETVVM LOCVM, in Romano exercitu ex acie, auxiliis assignant.

Sed, uti de LOCO in acie, ita de EXPEDITIONE, in quam mittenda erant auxilia, nihil certi affirmare ausim. CAESAR enim AVXILIIS modo ad INSEQUENDVM, (k) modo ad PVGNANDVM, modo ad CASTRA MVNIENDA, (l) modo, si quis dissideret, AD SPECIEM atque opinionem PVGNANTIVM PRAEBENDAM (m) usus est. POLYBIVS, ex omni coetu sociorum, tertiam partem equitum, et quintam peditum AD PRAESIDIUM CONSULVM delectam esse, sicut, quae extraordi-

(a) Veget. II. 2. (b) Liu. 27. c. 8. f. (c) Tac. Hist. I. 59 IV. 62. (d) Caef. B. G. I. 24. (e) Id. B. G. III. 24. (f) Tac. in Vita Agric. c. 35. (g) Liu. 35. c. 5. et 31. 25. (h) Id. 7. c. 7. (i) Tacit. Hist. III. 22. (k) Caef. B. G. VIII. 5. (l) Id. B. Giu. III. 93. (m) Id. B. G. III. 25. (n)

nariae COHORTEs dicebantur: Ceteram multitudinem, in duas partes distributam, quarum altera, sinistra, altera, dextra ALA, appellaretur. (a) Sed, ut dixi, illud non semper obseruatum est. M VNERIBVS tamen obeundis rarius adhibebantur. Her, nicos certe OPERVM MILITARIVM IMMVNES esse placuit (b) ut in unum pugnae locum reseruati, plus pro uirili parte annidentum esse, scirent. CAESAR etiam obseruat, AVXILIARIVM corpora INSECTA fuisse ad onera portanda. (c) Et generatim VEGETIVS, MINOREM in auxiliis SVDOREM esse, dicit: (d) Hinc plurimos in auxiliis militare maluisse. Erant enim militaria MVNERA, quae, ut VARRO docet, (e) MVNIENDI causa fiebant, ut: lapides cespitesque comportare, aut aggerem facere, cum magno labore et incommmodo coniuncta, ut, nisi ab adsuetis, uix administrari posse uiderentur. Quare MODESTINVS l. 3, §. 1, de Re Milit. MVNERVM INDICATIONEM inter militum PORNAS retulit, qua praefecti, ad coercendos immorigeros, utantur. Sed illis quidem sustinendis Romanorum corpora longa exercitatione assuefacta; donec et ipsi, luxu et uoluptatibus effeminati, laborem desugere coeperunt. Non his iuuentus orta parentibus. Infecti aequor sanguine Punico, Pyrrhumque et ingentem cecidit Antiochum, Hannibalemque dirum; Sed rusticorum mascula militum Proles, Sabellis DOCTA ligonibus Versare glebas, et recilos Matris ad arbitrium seuerae Portare fustes (f) Contra AVXILIARES, plerumque rudes rerum omium, in castra ueniebant, ut adhiberi operibus non possent. Interdum tamen illud aliter obseruatum est. Caesar enim RHEMORVM auxilia FVNGENDIS MVNERIBVS adhibuit. (g) Aliquando lapi-

(a) Polyb. L. VI, p. 472. (b) Liu. 7, c. 7. (c) Caef. B. Ciu. I. 78. (d) VEGET. II. 2. (e) Varro de L. Lat. IV, p. 42. (f) Horat. III. Od. 6: u. 34. (g) Caef. B. G. VIII. 12. 3.

lapides et tela subministrarunt, cespites comportarunt, aggerem fecerunt, (a) fossas compleuerunt: Ut non semper, neque ab omnibus MVNERIBVS, uacationem habuisse videantur

XVI

DV CES AVXILI ORVM

IGTVR in bello AVXILIARES COPIAE, nisi aliter conuenit, iussa accipere, et IMPERATA, sine discrimin'e negotii, FACERE tenentur. Sed, quid in paelio et expeditione cuius partis suscipiendum sit, A SVPREMO DVCE CONIVNC TI et sociati EXERCITVS imperari solet. Apud gentes moratas quidem ille, cui auxilia, EXVNILATERALI FOEDERE, mittuntur, et cuius auspicis bellum suscipitur, solet exercitu uniuerso, ex suis copiis et externis auxiliis, collecto, DVCEM communem praeficere, CVM SVPREMA POTESTATE. Sed IN BILATERIBVS et RECIPROCIS, placuit, DVCEM COMMVNEM utrique exercitu ab illo praefici, IN CVIVS TERRITORIO, aut propter cuius commoda, bellum maxime administratur: Quod habet rationem, cum naturae sit conueniens, reliquos illius, cuius maxime interest, obtemperare voluntati. Sed CONSILIA inter utriusque exercitus duces, si quid praeter spem incidat, antea communicantur. Si INTERTIO LOCO, qui ad neutrum foederatorum pertineat, utriusque copiae consistant, ille interdum praefesse soler exercitu, qui inter duces utriusque partis DIGNITATE, aut numero stipendiiorum, ducem socrorum antecellat. Illud enim aequalitas iuriuum utriusque gentis suadet. Inter pares enim nulla alia praerogativa, propter quam alius alii praeferriri possit. Igitur solent foederati ante expeditiōnem alter alteri indicare, quo, et cuius dignitatis, duce, in suo exercitu, sit usurus. Res luculentius ex recentioribus foederibus apparebit. Ita certe HELVETII suos milites in foedere cum VENETIS A. 1706. inito (b) §. 7. Venetorum duci in expeditiōne

(a) Caef. B. G. III. 25. (b) Apud Schmauß Corp. Iuris Gent. T. II.
P. 1187

tione et praesidiis subiecerunt. Der Oberste und die Hauptleute sollen im Felde, in Kriegs Sachen, zu gehorsamen schuldig seyn der Herrschaft General-Obersten etc. Aber in denen Besatzungen sollen die Soldaten dem Gouvernatorn gehorsamen, wie bey der Durchlauchtigen Herrschaft brauchlich. Idem et in foedere REGIS M. BRITTANNIAE ET ORDIN. BATAV. GENERAL. A. 1678. placuit, ut is, cui auxilia mitruntur, exercitui sociali imperare possit. Ita enim art. III. separato: Le secours, qui sera envoyé, sera entierement soumis au commandement et ordre de celui, auquel il sera envoyé. (a) Non secus in foedere VNI-LATERALI inter REGEM M. BRITTANNIAE ET DUCEM HASSE-CASSELLANVM d. A. 1726. art. V. conuenit, ut auxilia REGIS M. BRITTANNIAE imperio regantur. Lorsque les dits Troupes entreront au service de S. M. le Roy de la G. Bretagne, elles seront sous son commandement, & entierement a sa disposition etc. (b) In eandem fere sententiam RVSSI cum SVECIS in foedere d. 22. Febr. 1724. inito, eoque RECIPROCO, sed speciali, § 9. et 10. inter se pacti sunt. Das General-Commando im Felde und anderen Kriegs-Operationen gehöret ohnstreitig denjenigen, welchem der REQUIRENT dasselbe aufgetragen, jedoch dergestalt, daß nichts hauptsächliches vorgenommen werde, ohne daß die Sache vorhero im Kriegs-Math, und in Beyseyn des von dem requirirten Theil geschickten Generals, überlegt und resolutiaret werden. Damit auch wegen des Characters bey Commandirungen kein Mißverständ entstehen möge, so soll der requirirende Theil bey Zeiten anzeigen, was er für einen Chef zum General-Commando gebrauchen wolle, damit Requisitus den Character desjenigen, der die Hülfs-Troupen commandiren soll, darnach einrichten und proportioniren möge. (c) Optime res illa in VNI-ONE quorundam PR. ELECTORVM d. A. 1658. § 13. definita; (d) So soll der Chur-Fürst oder Fürst, in dessen Landen die zusammen geführten Defensions-Völker stehen, oder dessen General, das Ober-Commando haben. Item §. 10. et 11. Dass derjenige Lan-

des

(a) Ibid. T. I. p. 1015. (b) Apud Schmauff. I. c. p. 2018. (c) Ibid. p. 1973. (d) Corp. Iur. Mil. Lunig. p. 391.

des Fürst, welchem die Hülfe geleistet wird, und so lange in dessen Landen agiret wird, das Ober-Commando, oder Generalat, bey den militaribus actionibus, mit Zuziehung des Kriegs-Rathes, führen, oder an seine Stelle ein qualificirtes Haupt verordnen, soll. Wenn in loco tertio agiret wird, soll derjenige Chur- oder Fürst, aus dessen Landen man gehet, das Ober-Commando so lange führen, bis die coniungirte Völcker wieder in ihre Lande kommen. Im Fall anch die assüstirende Stände die Völcker aus ihren eignen Landen in locum tertium zusammen schicken, soll der höhere und in der Charge ältere Officier, mit Zuziehung der Räthe, das directorium führen. Sed haec talia, uti partibus usum est, varie definiuntur. Aliquando etiam placuit, ut auxilia, illi Principi, cui submittuntur, IURE IRVANDO obligentur. Ita inter HELVETIOS Catholicos, et Statum Mediolanensem A. 1634, in formula foederis §. 9. conuenit. (a) Sed frequentius illud in foederibus UNILATERALIBVS, aut inaequalibus, usu uenit. Romanorum quidem auxiliares copias ab ipsis ciuitatibus, a quibus mittebantur, iure iurando obligatas esse, POLYBIUS testatur. (b) Sed LIPSIUS AVXILIA Romanis NON IURASSE, tradit. (c) Certe tamen posterioribus temporibus, teste VEGETIO (d) sacramenta in auxiliis praestabantur. Ceterum Romano Consuli in expeditionibus et SOCII ET AVXILIA parebant. Neque potuisse uaga multitudo coerceri, nisi unius imperio obtemperasset. THRACES fere soli, si mitterent auxilia, suos DUCTORES praeficeret, nec permisceri aliis nationibus, uolebant. Sed, teste TACITO, (e) a Romanis ad officium reducti sunt.

XVII

PRAEFECTI ET MAGISTRATVS AVXILIORVM

ROMANORVM quidem socii PRAEFECTOS a suis ciuitatibus accipiebant: Quos LIVIVS (f) PRAETORES sociorum appellavit. POLYBIUS etiam QVAESTORES illis adiunctos esse, ait. (g) Inter liberas gentes fere obtinuit, ut AVXILIA in

(a) apud Schmauff, Corp. Iur. Gent. p. 499. (b) Polyb. Hist. VI. p. 468.
 (c) Lipsi, de Re Milit. I. dial. 7. p. 46. (d) Veget. II. 2. (e) Tac. Annal. IV. 46. (f) Liu. 23. 19, circa fin. (g) Polyb. VI. p. 468.

in caussis priuatis, et, quae non ad administrationem totius belli pertinent, SVIS PROPRIIS MAGISTRATIBVS regantur, atque LEGIBVS DOMESTICIS plerumque iudicentur. HELVETII certe hoc more solenni, in omni militia, utuntur. Ita cum Barauis pagus BERNENSIS pactus est. A. 1714. (a) „Les troupes „du louable Canton auront leur propre Iustice, comme la nation Helvétique en jouit par tout.“ Idem etiam inter R VSSOS et S VECOS A. 1724. §. 10. pactione definitum est. (b) Sollen die Auxiliair-Troupen nach keinen andern Geschen, Kriegs-Articuln und Verordnungen, als ihrer Herren eigenen, und von keinen, als ihren eignen Officiers, gurtheilet werden. GERMANIS quidem, qui apud exterios militant, ex suis legibus, et a suaue nationis centurionibus et praefectis duntaxat, ius reddi posse, supra fuit obseruatum. (c) In primis sententia, a iudicio equetri, von Reuter-Rechten, more maiorum, aduersus nostros milites, qui apud exterios militant, in frembder Potentaten Diensten, legitime pronunciata, in patria etiam rata est, et ab Imperatore defenditur, Reuter-Bestallung d. An. 1570. §. 48. Sed et externis auxiliis, in Germanorum exercitu, idem honos haberi solet, ut suos magistratus habeant, illorumque iurisdictioni subsint. Hinc etiam de rixa, si qua forte inter nostros et auxiliares milites orta est, a iudice, cui reus subest, in exercitu cognoscitur. Alea etiam et ludendi cum auxiliaribus familiaritas et consuetudo, mater rixarum et dissencionum, nostris leuere interdicta. Reuter-Bestallung d. A. 1570. art. 184. Und da mehr denn eine Nation in dieser Kriegs-Versammlung seyn solten, soll keiner mit derselben Aufruhr machen, noch sich gegen sie rottiren, auch nicht mit ihnen spielen, damit grosser Unwillen vermieden werde, bey Leibes-Straffe: sondern, da einige Irrung oder Mangel gegen sie vorsiel, so sollen sie solches ihrer Obrigkeit anzeigen, die soll sie bey Fug und Recht handhaben. Idem etiam ELECTORIBVS et Principibus unitis in foedere d. A. 1658. §. 9. placuit. (d) Wie es mit administration der Iustiz zu halten, wenn es zu der Coniunction gelan-

(a) apud Schmauß. I. c. p. 1282. (b) Ibid. p. 1973. (c) vid. Reuter B. d. A. 1570. art. 216. 218. et 219. it. art. 41. (d) Schmauß. Corp. Jur. Mil. p. 390

gelanget, darüber ist folgende Abrede genommen: daß nehmlich in solchen delictis, welche der Generalität Commando und die davon dependirende Sachen nicht angehen, eines seden Chur- und Fürsten Ober-Commandant die Iustiz, unter denen ihm untergebenen Völkern, ohne einigen Eingriff oder Verhinderung, administriren solle r. r. Inter alias gentes socias aliquando usum est, mixto iudicio ex utroque exercitu, quibusdam assessoribus adscitis, controuersiam, inter milites foederati exercitus exortam, definiri. Ita in foedere R v s s o - S V E C I C O d.A.1724. conuenit: (a) Solten aber zwischen Officiers oder Gemeinen des Requierenst sich eignen und denen Auxiliar - Troupen, einige Streitigkeiten entstehen, so sollen dieselben durch, aus beyderseits Troupen darzu bestellte, Commissarios untersucht und geurtheilet werden r. r. Hoc quidem iure in sociali exercitu EXTERNA auxilia utuntur. Sed iure Quiritium, ex ciuitatibus foederatis, rei APVD ROMANOS siebant, et in eos damnatos animaduertebatur, quod PROCVLVS docet l.7. §.2. D. de Captiu. et postlim. reuersi. Illis igitur non semper uidentur ius dicere potuisse proprii domesticique magistratus

XVIII

IVS SACRORVM.

ARMORVM SIMILITUDO

SED, cum, sine metu Dei immortalis, compesci in castris milites non possint, neque uera omnino uirtus in ipsorum animis accendi, nisi spe diuini praefidii, in quo summum uictoriae momentum uerari scimus, confirmetur; non solum in primo articulo legum militarium Germaniae, A.1570. propositarum, usus sacrorum atque pietatis studium ipsis solicite injungitur, sed omnes etiam gentes, DE LIBERTATE SACRORVM militibus prospiciendum esse, intellexerunt. Quo iure autem Ordinum imperii milites in exercitu imperii utantur, admonere, non est nostri instituti, qui de EXTERNIS maxime AVXILIIS tractamus. Sed foederati plerumque, quamuis et sine stipulatione illud merito intelligatur, solent de VSV SACRORVM suis militibus liberè permittendo, inter se pacisci. Illud An. 1724. in foedere F 2 Rvss.

(a) Ibid. p. 1973

Rvssio-Svecico diligenter cautum. Sollen die Auxiliair-Troupen ihre eignen Priester und ihren eignen Gottesdienst frey und ungehindert haben. (a) Idem, in foedere VENETORVM, cum quibusdam HELVETIORVM pagis A. 1706. inito §. 10. et 11. placuit. Und dann soll auch denen Feld-Predigern ihrer Nation, ohne einige Hinderniss, erlaubt seyn, die Kranken zu besuchen und zu trosten, und Niemand verwilligt werden, dieselbigen, einiger Gestalt, ihrer Religion abwendig zu machen. (b) Sed, ut iam dicere occurrat, quamvis nihil conuenierit, animis militum IN SACRIS omnino uis fieri non debet. Quod enim esse potest studium pugnae, aut decoris cum periculo mortis experendi, in milite, qui timeret, ne, PROPTER SACROVM DIFFICULTATEM, cum sanguine, etiam futurae felicitatis iacturam patiatur.

His igitur diuinis incitamentis animi militum aduersus hostem praeparantur. Sed praeterea ARMIS opus est ad dimicandum. Olim quidem certe LEGIONES Romanae GRAVIORIBVS ARMIS utebantur, quod VEGETIVS obseruat, (c) maxime scutis, gladiis et pilis. Contra AVXILIARES, tanquam leuis armatura, HASTIS et SPATHIS, si TACITVM audias, (d) maxime pugnabant. LIVIVS (e) tamen, et VEGETIVS (f) testantur, plerumque AVXILIA, exercitatione et usu, ad Romanorum disciplinam instituta, atque assuefacta esse. Hodie propemodum, apud plerasque gentes moratores, IDEM VSUS ARMORVM est, eadem militaris disciplina. Interdum tamen foederatis ere esse uisum, de ARMIS etiam, quibus utantur auxiliarii milites, pacisci. Interdum etiam arma a requirente suppeditantur. Ita VENETIUM HELVETIIS pacti sunt A. 1706. §. 9. (g) Plerumque tamen socii suas copias, ARMIS PROPRIIS instructas, mittunt, ut nihil ipsis desit ad usum militiae, et bellum in quibusunque casibus administrandum. Ita REX M. BRITANNIAE cum ORDINIBVS GENERALIBVS A. 1677. (h) art. separat. I. et Russi cum Suecis A. 1724. art. 5. (i) pacti sunt. Atque eadem plerumque foederum formulae.

(a) apud Schmauff. 1.c p. 1973. (b) Ibid. p. 1188. (c) Veget. II.3. (d) Tac. XII. Annal. 35. (e) Liu. 24. 48. (f) Veget. II.2. (g) apud Schmauff. 1.c. p. 1187. (h) Ibid. p. 1015. (i) Ibid. p. 1972.

XIX

IVS REVOCANDI AVXILIA.

SOLENt plerumque foederati excipere, ne IN PROPRIIS et
domesticis NECESSITATIBVS, quibus ipsi affligantur, ut ca-
rere milite non possint, PROMISSA AVXILIA SUBMITTERE
COGANTVR, aut etiam, ut in repentinis casibus REVOCARE
auxilia LICEAT. Imo uero, si de illa re non conuenerit, natura
foederis socialis illud habet, ut quilibet suas necessitates ante
omnia curare debeat: cum et ipse collapsurus sit, et socio inu-
tilis futurus, qui primo omnium securitati tuae non prospexerit;
HELVETII certe a VENETIS A. 1706 §. 8. (a) id sibi stipulati sunt,
ut, si bello domestico laborent, auxiliares copiae REVOCARI
possint. Im Fall beyde Stände von ihren Feinden angefochten
würden, oder in anscheinender Kriegs-Gefahr wären ic. ic. so mög-
gen beyde Stände, oder einer besonders, ihr Volk in ihren eig-
nen Nöthen zu gebrauchen, wohl abfordern ic. ic. Sed in eius-
modi quidem foederibus non illud aetum esse intelligitur, ut te-
mere et sponte, et confestim, atque iniussu supremi ducis bellici,
sed, ut COMMUNICATO ANTEA CONSILIO, caussisque expo-
sitis, auxilia discedant; ne omnes belli rationes subita meo discessu
perturbentur. Haec Celtiberorum erat leuitas, qui Romanos in
Hispania, ab hostibus corrupti, desercabant, nihil aliud Romanis,
caussam querentibus obtestantibusque, respondentes, quam
domestico se auocari bello. (b) Eadem perfidia Treuiri et-
iam aliquando, cum desperatam rem Romanam crederent, do-
num redierunt. (c) Idem facinus Dumnorix ausus est, qui
cum equitibus Aeduorum, insciante Caesare, domum discede-
re parauit. (d) Notum est, quas turbas dederit Henricus Leo,
cum Fridericum I. in Italia, flentem, atque ad genua eius pro-
cumbentem, nihil precibus, nihil obtestationibus permotus,
desereret, atque ab exercitu cum suis copiis discederet. No-
tum etiam, quae rerum conuersio sit subsecuta (e)

F 3

XX

(a) Ibid. p. 1187. (b) Liu. 25. 34. (c) Caef. B. G. I. 25. (d) Caef. B. G.
V. 7. (e) Sicon. R. Ital. L. 14. p. 327. Vrisperg. Chon. p. 206. uid. Fa-
be: Staats-Causley. T. XXI. p. 746

XX

STIPENDIA AVXILIORVM

SED in bellorum administratione cura quidem praecipua, ut ne quid desit exercitui rerum necessariarum, quibus si milites careant, nec satis animorum habituri sint, neque ad dimicandum facultatem. Igitur de STIPENDIIS et sumptu superest, ut uideamus. ET VOLUNTARIA quidem, eaque PRIVATA AVXILIA, nemo dubitat, quin stipendium AB ILLO accipient, AD QVEM DEFENDENDVM CONSCRIBVNTVR. Quia de caussa illas copias subinde CONVICTITIAS et MERCE- NARIAS appellatas esse, supra est a nobis obseruatum. Idem etiam IN PVBLICIS, iisque NECESSARIIS, auxiliis VNLATERA- LIBVS, quae EX AEQUALI FOEDERE debentur, itemque in QVA- SI PVBLICIS, obtinet, ut SVMPTIBVS REQVIRENTIS auxilia- ri milites alantur. Nihil enim magis habet rationem, quam, ut ad illum cura impensarum pertineat, pro cuius commo- dis et emolumenitis militant: Ita IN INSTRVMENTO INVE- STITVRÆ SENENSIA PHILIPPº II. CONCESSAE COSMO II. FLORENTIAE DVCI, d. A. 1577. conuenit. (a) Inprimis HELVETII sollicite suo militi, de stipendiis a foederato exsol- uendis, cauent: quod omnia illorum foedera restantur. Sed in BILATERALIBVS et reciprocis interdum variatum: quan- doquidem pars utraque eodem iure apud alterum utitur, quo ipsa alterius auxilia accepit. Igitur interdum etiam SVMPTIBVS MITTENTIS stipendia præbentur. FOENVM tamen et PABU- LA equis plerumque ab illo exhibenda sunt, cui auxilia mittun- tur: Illa enim in suis terris paullo commodius subministrare potest. Ita inter Regem M. BRITANNIAE, et ORDINES GENERAL. art. separati. I. A. 1677. (b) in foedere RVSSO-SVE- CICO d. A. 1724. art. 6. (c) et in foedere INVICTISSIMI IMPE- RATORIS cum AVGUSTISSIMO POLONIARVM REGE et R. M. BRITANNIAE, A. 1719. d. 5. Iunii inito §. 3. (d) conuenit. Idem etiam ELECTORIBVS et PRINCIPIBVS Germaniae in FOEDE- RE UNIONIS A. 1658. inito, placuit (e). Ita enim §. 14 pacti sunt.

Eg

(a) Schmauß. I. c. p. 307. (b) Schmauß. I. c. p. 1105. (c) Ibid. p. 1972.
(d) Ibid. 1759. (e) Corp. Iur. Mil. Lunig. p. 391

Es unterhält und bezahlt ein jeder aliueter seine Völcker. HYBERNA etiam plerumque, et, ut VICTVS ORDINARIO PRETIO redimi posuit, nullo discrimine inter ciues et auxilia admisso, promittuntur. (a)

Sed in foederibus INAEQUALIBVS subinde socii, qui mit-tunt auxilia, stipendum solvere tenentur, si illud in formula foederis promissum. Romani quidem, socios non omnino eodem iure uti patiebantur. Quaedam ciuitates et MILITEM et PECVNIA Mittere debebant: ideoque suos QVAESTORES in exercitu habebant. (b) Hinc socii aliquando apud LIVIVM (c) se STIPENDIIS EXHAUSTOS, neque esse, unde militem pecuni-amque darent, conqueruntur. Fruumentum tamen ad ipsos a Romanis gratis deportandum erat. Sed aliis quidem, et in pri-mis auxiliis externis, et frumentum, et stipendum dederunt. (d)

(a) vid. foedus inter Stat. General. et Heluet. d. A. 1712. art. 30. apud Schmauß. p. 1283. et foedus inter Imperat. R. Brit. et R. Pol. d. A. 1719. §. 3. ap. Schmauß. p. 1759. (b) Polyb. L. VI. p. 483. (c) Liu. 27. 9. (d) Id. 30. 37. et L. 35. c. 50. (e) ap. Schmauß. p. 1187.

PRAEMIAT AVXILIORVM

SED tunc demum militibus corpus uile est, et mors contemni-tur, si aut magnam gloriam vident, aut spe futurae commo-ditatis accenduntur. Igitur, ne uirtus algeat, praeter stipendia, PRAEMIIS etiam MILITARIIBVS ad certamen laudis excitan-tur. Quare IN AVXILIARIO MILITE tanto magis opus est, quanto difficultius homines aliorum necessitates, cum suo pericu-lo, defendunt, nisi rem illam sibi fructuosam fore sperent. Sed hoc fere arbitrio ducis et uictoris permittitur: qui suo se mo-dulo meritur, et rationem liberalitatis ex re constituit. Inter-dum HELVETIOS copiis auxiliaribus, quas mit-tunt, PRAE-MIVM PVGNAB, einen Schlacht-Sold, stipulatos esse, ui-deo, si res prospere euenerit. Plerumque DUPLEX STIPEN-DIVM MENSTRUVM paciscuntur. Ita inter ipsos et Venetos A. 1706. §. 5. conuenit: (e) Und so eine Schlacht beschähe, darinnen durch Gottes Hülf der Sieg erhalten würde, solle die Durch-lauchtige Herrschafft Benedig den Obersten, auch allen und jeden

(Be-

(a) vid. foedus inter Stat. General. et Heluet. d. A. 1712. art. 30. apud Schmauß. p. 1283. et foedus inter Imperat. R. Brit. et R. Pol. d. A. 1719. §. 3. ap. Schmauß. p. 1759. (b) Polyb. L. VI. p. 483. (c) Liu. 27. 9. (d) Id. 30. 37. et L. 35. c. 50. (e) ap. Schmauß. p. 1187.

Befehls-Leuten und gemeinen Soldaten, einen Monath
Schlacht-Sold zu erlegen schuldig seyn.

Apud Romanos quidem **VEGETIVS**, IN AVXILIIS mi-
nus sudoris, sed maturioria, seu, quod alii malunt, MAIORA
PRAEMIA fuisse, ait. (a) **PLINIVS** certe, auxiliares AVREI STOR-
quibus, sed legionarios ARGENTEIS duntaxat donatos esse, do-
cet; contra, ciuibus ARMILLAS dari solitas, quibus careant auxili-
arii. (b) Praenestinis aliquando, ob uirtutem, DYPLEX STIPEN-
DIVM datum esse, **LIVIVS** testatur. (c) **CAESAR** etiam aliquan-
do MILITIBVS, pro magno labore et patientia, DVCENOS SU-
STERTIOS donavit, (d) nec uidetur, inter legiones et auxilia di-
scrimen admississe. Ceterum potiori loco in castris legionarios
fuisse, certum est. **POLYBIVS** obseruat, equitibus SOCIORVM
MINVS PRVMENTI datum esse, quam Romanis, cum illi dete-
rioribus equis uterentur. (e) Supra etiam monitum fuit, ob
ciues et socios seruatos duntaxat, non ob auxiliarem militem de-
fensum, coronam ciuicam seruatori datam. (f) Tandem cum
Romae nullum superesset discrimen dignitatis, etiam auxiliarii
ad dignitates militares gradumque altiore promiscue ad-
missi. (g)

Hacc de IVRE MILITIS AVXILIARII in mente ue-
nerunt. Venia nobis expetenda est, in difficulti arguento, de
quo, non memini, quenquam de industria commentatum esse.
Primas enim lineas duntaxat ducere constituimus.

Ceterum gratulamur aetati nostrae, quod FIDES AVX-
ILIORVM SOCIORVM QVE certissimis documentis haud ita pri-
dem comprobata est, et, quod illa coniunctio Germaniae pro-
sperime euenit. Deum precamur, ut dum AVGVTISSI-
MVS IMPERATOR ad referendam gratiam accingitur,
RES EX OMNIVM BONORVM uoto et sententia
FELICISSIME SVCCEDAT.

(a) Veget. II.3. (b) Plin. Hist. Nat. 33. 2. in fin. (c) Liu. 23. 20. (d) Caes. B. G. VIII. 4. (e) Polyb. VI. p. 484. (f) Plin. H. Nat. 16. 4. (g) uid. Spanhem. in Orbe Rom. p. 349.

Wittenberg Diss. 1737

W.W.


ULB Halle
004 087 461



3

56.

B.I.G.



AB
1737 11 12.

I V S MILITIS AVXILIARII APVD GENTES LIBERAS ET IN S R IMPERIO

PRAESIDE

CHRISTOPH· LVDOVICO CRELLIO D

INSTITVT· IVSTINIANEARVM P· P· ORDINAR
CVRIAЕ PROVINCIALIS ET SCABINATVS
ITEMQVE ORDINIS IVRIDICI
ASSESSORE

AD D· FEBR· A· QVAM S· P· E· cLo Iccc XXXVII

IN AVDITORIO ICTORVM

DEFENDET

IOANNES CHRISTIAN· STRENG
DELIT· MISN

VITEMBERGAE

EX OFFICINA SCHEFFLERIANA